

*Liber constitutionum*  
dominikanów krakowskich  
z lat 1273–1318.  
Edycja tekstu

Tomasz Gałuszka OP

INSTYTUT HISTORII  
UNIwersytet PAPIESKI JANA PAWŁA II  
W KRAKOWIE

ABSTRACT

*Liber constitutionum* of the Cracow Dominicans from 1273–1318. The Latin edition

The article discusses the history and presents the Latin edition of the manuscript of *Liber constitutionum Ordinis Fratrum Praedicatorum* in the collections of the Archive of the Polish Dominican Province in Cracow (call no. ADK XIII.21). Familiarity with this monument is essential for at least three reasons. First, it is the only known manuscript belonging to the thirteenth-century resources of the Dominican library in Cracow. Secondly, it is part of a group of six thirteenth-century Dominican Constitution Books in the world; finally, in the thirteenth century and the first quarter of the fourteenth century the manuscript was frequently corrected and supplemented by a number of Dominican scribes. The author demonstrated that the titular manuscript served the brethren from the Cracow community for at least 44 years – after it was recorded in the wake of the general chapter in Buda in 1273 to the introduction of the last regular records following the general chapter in Lyon in 1318. This particular edition of *Liber constitutionum* is considered a simple edition, meaning that it has been prepared on the basis of an only known manuscript and its main purpose is to familiarise the reader with the preserved document. In this edition, I have used

medieval style of writing characterised by the following: instead of double vowels *ae* or *oe*, a single *e* is used; the division into the lower-case vowel *u* and the consonant *v* is reduced to a single vowel *u*, whereas the distinction between the above two is respected in capital letters. For the sake of clarity of the critical apparatus, we include only those cases which are important from the point of view of text criticism and a few interventions on the part of the publisher, such as corrections, complementary remarks, etc.

**KEY WORDS:** Polish Dominican Province, Dominican Constitution, general chapter, Dominican library in Cracow, simple edition

**SŁOWA KLUCZOWE:** Polska Prowincja Dominikanów, Konstytucje dominikańskie, kapituła generalna, biblioteka dominikanów krakowskich, edycja prosta

Przechowywany w krakowskim Archiwum Polskiej Prowincji oo. Dominikanów rękopis *Liber constitutionum* (sygn. ADK XIII.21) jest dziełem o szczególnej wartości. To nie tylko jedyny znany świadek trzynastowiecznego zasobu biblioteki dominikańskiej w Krakowie, ale również jedna z sześciu zachowanych na świecie trzynastowiecznych, dominikańskich *Ksiąg Konstytucji*. W 2012 r. poświęciłem temu zabytkowi osobne studium, które możemy potraktować jako wstęp historyczno-prawny i kodykologiczno-paleograficzny do przedstawionej tutaj edycji tekstu<sup>1</sup>. Przypomnę pokrótce najważniejsze wnioski i obserwacje.

Krakowska *Księga Konstytucji* najprawdopodobniej już od drugiej połowy XIII w. należała do tutejszego zasobu książkowego. Służyła ona braciom przez co najmniej 44 lata – od spisania po kapitule generalnej w Budzie w 1273 r. aż do wprowadzenia ostatnich regularnych wpisów po kapitule w Lyonie w 1318 r. Rękopis składa się z 18 kart pergaminowych i 4 kart papierowych. Tekst został zapisany w jednej kolumnie na składkach I–IV (k. 1–16). Brakuje prawie szesnastu rozdziałów pierwszej dystynkcji, czyli ponad 30% całości *Księgi Konstytucji*. Dekoracja rękopisu jest bardzo skromna, wykonana w stylu paryskim; rubrą zapisano tytuły poszczególnych rozdziałów oraz początek danej *lectio* i eksplicit rękopisu. W rękopisie odnajdujemy ślady kilkunastu rąk, spośród których możemy wyróżnić przynajmniej siedem

<sup>1</sup> Zob. T. Gałuszka, „Liber constitutionum” dominikanów krakowskich z lat 1273–1318, „Studia Źródłoznawcze” 2012, t. 50, s. 1–25.

<sup>2</sup> Zob. A. Dondaine, *Rodzaje aparatu krytycznego stosowanego w edycjach łacińskich tekstów średniowiecznych*, tłum. K. Niemczycka, „Przegląd Tomistyczny” 1992, t. 5, s. 198–199.

o cechach średniowiecznych. Pisarz (A) podstawowego korpusu *Liber constitutionum* umiejętnie posługiwał się uformowaną kaligraficzną minuskułą gotycką. Drugi z pisarzy (B) wprowadził do krakowskiej *Liber constitutionum* postanowienia kapituł generalnych z lat 1274–1289. Pisarza tego – jak przypuszczam – możemy utożsamić z lektorem Bogusławem, współtwórcą „biura cudów” św. Jacka. Trzeci pisarz (C) wprowadził postanowienia kapituł z lat 1290–1296. Uzupełnienia czwartego pisarza (D) dotyczyły zmian uchwalonych przez kapituły w latach 1301–1302. Piąty pisarz (E) wprowadzał zapiski z lat 1303–1304. W przypadku pozostałych dwóch rąk (F, G) mamy do czynienia z pojedynczymi zapisami postanowień kapituł z lat: 1308 (ręka F), 1317–1318 (ręka G). Należy podkreślić wyjątkową sumiennność i rzetelność pisarzy w uzupełnianiu *Liber constitutionum*. Spośród 83 decyzji, które znalazły się w ówczesnych aktach kapituł generalnych, krakowscy dominikanie zanotowali aż 73 (88%). Obserwacje te poświadczają dbałość polskich dominikanów o własne księgi normatywne i realizację zaleceń kapituł generalnych.

## Zasady edycji

Niniejsza edycja tekstu krakowskiej *Księgi Konstytucji* jest tzw. edycją prostą<sup>2</sup> – została ona przygotowana na podstawie jednego przekazu rękopiśmiennego i jej głównym celem jest zapoznanie czytelnika z zachowanym tekstem. Kilku słów komentarza wymaga ustalona przeze mnie podstawa edycji. Jak wiadomo, średniowieczna *Księga Konstytucji* jest źródłem, które przez kilkadziesiąt lat podlegało zmianom. Kolejne kapituły generalne, często co roku, ogłaszały nowe *confirmationes*, czyli uzupełniały, korygowały i anulowały stare postanowienia oraz przeredagowały mniejsze lub większe fragmenty w ramach rozdziałów albo nawet całych dystynkcji. Uchwalone zmiany były następnie systematycznie wprowadzane do znajdujących się w poszczególnych klasztorach zakonu

egzemplarzy ksiąg konstytucji. Nie istniała zatem jedna „pierwotna” *Księga Konstytucji*, ale wersje obowiązujące w danym momencie historii. Krakowski egzemplarz konstytucji dokumentuje zmiany, jakie miały miejsce w latach 1273–1318. Tę ostatnią datę należy potraktować jako „ostatnią redakcję” i zamknięcie etapu ukształtowania się interesującego nas krakowskiego rękopisu. Biorąc więc pod uwagę specyfikę tego typu tekstu prawnego, podstawą edycji *sensu stricto* będzie wersja tekstu *Księgi Konstytucji*, która została zatwierdzona przez kapitułę generalną w Lyonie w 1318 r. Przyjęta podstawa edycji – co należy podkreślić – ma jednak „strukturę wielowarstwową”, na którą składa się w pierwszej kolejności najstarsza warstwa tekstu konstytucji, zapisana przez pierwszego pisarza (A) po kapitule w Budzie w 1273 r.

W niniejszej edycji zastosowałem pisownię średniowieczną: w miejscu dwugłosek *ae*, *oe* zostanie zachowana pisownia średniowieczna *e*; podział na minuskułną samogłoskę *u* i spółgłoskę *v* zostanie zredukowany do samogłoski *u*; natomiast rozróżnienie to będzie zachowane w przypadku liter majuskułnych. Tekst zapisany rubrą wyróżniam kapitalikami.

Chcąc ułatwić lekturę edycji oraz mając na względzie charakter publikowanego źródła, ograniczyłem aparat naukowy do jednego poziomu przypisów, w którym umieściłem następujące informacje: identyfikacja poszczególnych *confirmationes* wraz z podaniem ich proveniencji; najważniejsze warianty *Księgi Konstytucji* z 1256 r. (zob. wykaz skrótów: Const.) i akt kapituł generalnych z lat 1273–1318 (zob. wykaz skrótów: Cap.); nieliczne korekty i dodatkowe komentarze wydawcy. Odniesienia do ewidentnych cytatów biblijnych zostały umieszczone bezpośrednio w korpusie edycji.

## Skróty zastosowane w aparacie edycji

(!)	<i>de lectione vocis praecedentis dubitari nequit</i>
[]	<i>textus ab editore restitutus secundum confirmationes Capitulum Generalium (cf. Cap.)</i>
< >	<i>textus ab editore restitutus secundum Constitutiones (cf. Const.)</i>
add.	<i>addidit</i>
al.	<i>alia</i>
cancel.	<i>cancelatus</i>
Cap.	<i>Acta Capitulum Generalium Ordinis Praedicatorum, B.M. Reichert (ed.), Romae-Stuttgartiae 1898–1900 (MOPH, t. I–VIII)</i>
cod.	<i>codex</i>
Const.	<i>Liber constitutionum ordinis fratrum Praedicatorum juxta codicem prototypum beati Humberti in archivo generali ordinis Romae asservatum (Analecta Sacri Ordinis Praedicatorum, t. III), Roma 1897–1898, p. 31–60, 98–122, 162–181</i>
corr.	<i>correxerit</i>
del.	<i>delevit</i>
i. marg.	<i>in margine dextero / sinistro</i>
dext. / sin.	
m.	<i>manus</i>
MOPH	<i>Acta Capitulum Generalium Ordinis Praedicatorum, B.M. Reichert (ed.), Romae-Stuttgartiae 1898–1900 (Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica, t. I–VIII)</i>
om.	<i>omisit</i>
pag.	<i>pagina, paginae</i>
praem.	<i>praemittit</i>
ras.	<i>rasura</i>
rep.	<i>repetit</i>
res.	<i>resectio primae lineae</i>
scr.	<i>scripsimus</i>
sec.	<i>secundum</i>
tit.	<i>titulus</i>

# Liber constitutionum Ordinis Fratrum Predicatorum

3 *et regola (!)* add. i. marg. sin. al. m.  
(XIII–XV s.).

[Kraków, Archiwum oo. Dominikanów, sygn. XIII.21, 1r–16v]

*f. 1r*

## <PROLOGUS>

Quoniam ex precepto regule iubemur habere cor unum et animam unam in Domino, iustum est ut qui sub una regula et unius professionis uoto uiuimus, uniformes in obseruantiiis canonice religionis inueniamur, quatinus unitatem que interius seruanda est in cordibus, foueat et representet uniformitas exterius seruata in moribus. Quod profecto competentius et plenius poterit obseruari, si ea que agenda sunt scripto fuerint commendata, si omnibus qualiter sit uiuendum scriptura teste innotescat, si mutare uel addere uel minuere nulli quicquam propria uoluntate liceat, ne si minima negligimus paulatim defluamus. Ad hec tamen in conuentu suo prelatus dispensandi cum fratribus habeat potentatem cum sibi aliquando uidebitur expedire, in hiis precipue que studium uel predicationem uel animarum fructum uidebuntur impedire, cum ordo noster specialiter ob predicationem et animarum salutem ab initio noscatur institutus fuisse, et studium nostrum ad hoc debeat principaliter intendere, ut proximorum animabus possimus utiles esse. Priores etiam utantur dispensationibus sicut alii fratres. LECTIO. Ut ergo unitati et paci totius ordinis provideamus, uolumus et declaramus, ut constitutiones nostre<sup>3</sup> non obligent nos ad culpam sed ad penam, nisi propter preceptum uel contemptum. Et ut multitudo constitutionum uitetur, prohibemus ne de cetero aliquid statuatur, nisi per duo capitula continua fuerit approbatum et tunc in tertio capitulo immediate sequente poterit confirmari uel deleri siue per priores prouinciales siue per alios

diffinitores, ubicumque illud tertium capitulum celebretur. Interpretationes

*f. IV*

autem regule uel constitutionum facte a generali capitulo non habeant uim constitutionis, nisi per tria capitula approbentur. Librum autem istum diligenter conscripsimus, in quo distinctiones annotauimus.

LECTIO. Prima distinctio continet:

de officio ecclesie, I, CAPITULUM;

de inclinationibus, II;

de suffragiis mortuorum, III;

de ieiuniis, IV;

de cibo, V;

de collationes, VI;

de infirmis, VII;

de minutione, VIII;

de lectis, IX;

de uestitu, X;

de rasura, XI;

de silentio, XII;

de recipiendis, XIII;

de nouitiis et eorum instructione, XIII;

de professione, XV;

de leui culpa, XVI;

de graui culpa, XVII;

de grauiori culpa, XVIII;

de grauissima culpa, XIX;

de apostatis, XX.

LECTIO. <Secunda distinctio continet>:

de domibus concedendis et construendis, I;

de electione prioris conuentualis et institutione supprioris, II;

de electione prioris prouincialis, III;

de electione magistri, IV;

de electione diffinitorum capituli prouincialis et generalia, V;



de capitulo cotidiano, VI;  
 de capitulo prouinciali, VII;  
 de capitulo generali, VIII;  
 de sollempni celebratione capituli, IX;  
 de capitulo generalissimo, X;  
 de uisitoribus, XI;  
 de predicatoribus, XII;  
 de itinerantibus, XIII;  
 de studentibus, XIII;  
 de conuersis, XV.

## <DISTINCTIO PRIMA>

### DE OFFICIO ECCLESIE, PRIMUM CAPITULUM.

Audito primo signo surgant fratres a stando dicant officium de beata Virgine pro tempore. Matutinas autem et missam et omnes horas canonicas simul audiant fratres nostri, nisi cum aliquibus prelati aliter dispensare uoluerit. Hore omnes in ecclesia breuiter et succincte taliter dicantur, ne fratres deuotionem amittant, et eorum studium minime impediatur. Quod ita dicimus esse faciendum ut in medio uersus metrum cum pausa seruetur <...><sup>4</sup>

*f. 2r*

### <DE LEVI CULPA. XVI CAPITULUM>

<si liber in quo legendum est, cuiusquam> neglectu defuerit. Si quis dixerit aliquid unde offendantur fratres uel egerit. Si quis potum uel cibum absque benedictione sumpserit. Si <quis> in conuentum hora qua debet uenire distulerit. Si <quis> ad capitulum uel collationem non uenerit uel communi refectioni non interfuerit. Si quis commune mandatum dimiserit. Si quis eum a quo clamatus autem fuerit, eodem die quasi uindicando clamare

presumpserit. Si quis clamans in proclamatione sua iudicium fecerit.

LECTIO. Item si quis cum iuramento ut in loquendo fieri solet aliquid negauerit uel affirmauerit. Si quis turpem sermonem uel uaniloquium dixerit uel quod grauius est in usu habuerit. Si quis eorum qui officiis deputati sunt, in aliquo negligens repertus fuerit, ut sunt priores in conuentu custodiendo, magistri in docendo, studentes in studendo, scriptores in scribendo, cantores in officiis suis, procuratores in exterioribus procurandis, uestiarii in uestibus prouidendis et custodiendis et reficiendis, infirmorum custos in infirmis custodiendis et procurandis et mortuis necessariis ministrandis, et ceteri in officiis suis ut iniunctum est eis. Clamatis uel proclamantibus se de supradictis, detur penitentia secundum quod prelato uidebitur expedire.

#### DE GRAVI CULPA. XVII CAPITULUM

Grauis culpa est si quis inhoneste in audientia secularium cum aliquo contenderit, si frater cum fratre intus uel foris lites habuerit. Si quis alicui fratrum obprobrium dixerit. Si quis mendacium de industria dixisse deprehensus fuerit. Si quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit. Si quis culpam suam uel alterius defenderit. Si quis clamans in clamatione sua iurgium fecerit. Si quis in illum a quo clamatus est uel quemlibet alium maledicta seu uerba inordinata et irreligiosa maliciose inuexisse deprehensus fuerit. Si quis fratri preteritam culpam pro qua

*f. 2v*

satisfecit<sup>5</sup>, impropauerit.

LECTIO. Item grauis culpa est si quis mala de patribus uel fratribus uel domibus suis maliciose euomuerit, que testimonio suorum fratrum probare nequiuert. Si quis absque licentia et magna necessitate equitauerit, uel carnes comederit, uel etiam pecuniam in uia portauerit uel

portari procurauerit. Si quis procedens ubi femine sunt oculum fixerit, si tamen hoc in usu habere uoluerit, uel cum femina solus non de confessione uel honestis locutus fuerit. Si quis ieiunia ab ecclesia instituta fregerit sine causa et licentia.

LECTIO. Pro huiusmodi culpis et hiis similibus ueniam petentibus et non clamatis, tres correctiones in capitulo dentur, et tres dies in pane et aqua ieiuent. Clamatis uero una dies et una correctio superaddatur. Preter hec autem psalmi et uenie, secundum quod discretioni rectoris uisum fuerit, pro qualitate culparum iniungantur. Eadem pena digni sunt qui postquam missi fuerint, sine licentia reuerti presumpserint, uel ultra terminum sibi assignatum moram fecerint, uel si qui pro uictu uel uestitu uel qualibet alia re murmurauerint. Caueat autem quilibet frater ne proclamet aliquem in capitulo etiam de auditu, nisi ipsum crimen possit probare. Quod si accusatus negauerit et accusans in probatione defecerit, <sup>7</sup>-<accusans><sup>6</sup> pena accusati <debita> puniatur<sup>7</sup>. Ne autem uitia occultentur prelato, suo denunciaret quod uidit uel audiuit.

6 *secundum exigentiam culpe grauius puniatur*, praem. et del.

7 add. i. marg. sin. m. C sec. Cap. 1290–1292 (MOPH III, p. 255, 260, 265).

8 res.

## DE GRAVIORI CULPA. XVIII CAPITULUM.

Grauior culpa est si quis per contumaciam uel manifestam rebellionem, inobediens prelato suo extiterit, uel cum eo intus uel foris proterue contendere ausus fuerit. Si quis percussor fuerit. Si quis crimen capitale commiserit. Si quis procurauerit quod ipse uel alius eximatur a potestate prelati sui. Si quis rem sibi collatam receperit de hiis que prohibentur recipi. Si <quis rem> collatam celauerit, quem beatus Augustinus furti iudicio dicit esse condemnandum. Si proclamatus conuictus fuerit, sponte surgat.

f. 3r

<sup>8</sup>-<et ueniam petens sceleris sui immanitatem lamenta><sup>8</sup>  
biliter proferat, et denudatus ut dignam accipiat suis

9 scr. cum Const., est cod.

<sup>10</sup> add. i. marg. sin. m. E sec. Cap. 1302–1304 (MOPH III, p. 314, 320; IV, p. 1).

<sup>11</sup> *ipsum non solum supradicta pena scilicet grauiori puniendum*, praem. et del. m. D (?) sec. Cap. (ut infra).

<sup>12</sup> add. i. marg. dext. m. D sec. Cap. 1298–1301 (MOPH III, p. 288, 296, 302).

meritis sententiam uapulet quantum placuerit prelato, et sit omnium nouissimus in conuentu, ut qui culpam perpetrando non erubuit membrum diaboli ferii, ad tempus ut respiscat sequestretur a consortio ouium Christi.

LECTIO. In refectorio quoque ad communem mensam cum ceteris non sedebit sed in medio refectorii super nudam terram comedet, et prouidebitur ei seorsum panis grossior et potus aque, nisi prelatus ei aliquid per misericordiam impendat. Nec reliquie prandii eius cum aliis admisceantur, ut agnoscat se ita sequestratum a consortio aliorum, quod priuetur, nisi per penitentiam redeat, consortiis angelorum. Ad canonicas horas et gratias post comestionem ante hostium ecclesie transeuntibus fratribus prostratus iaceat dum intrant et exeunt. Nullus uero audeat se coniungere illi uel aliquid mandare.

LECTIO. Prelatus tamen, ne in desperationem labi possit, mittat ad eum, qui in grauiori culpa est seniores, qui commoneant eum ad penitentiam, prouocent ad patientiam, foueant per compassionem, hortentur ad satisfactionem, adiuuent per suam intercessionem, si uiderint in eo humilitatem cordis. Quibus etiam suffragetur totus conuentus. Nec renuat prelatus facere cum eo misericordiam. Et si uidetur ei, denuo uapulet ad pedes singulorum, primo prelati, deinde utriusque lateris sessorum. Talis quamdiu erit<sup>9</sup> in hac penitentia, non communicet nec ueniat ad osculum pacis. Si predicator est, officium predicationis non exerceat, non notetur ad aliquod officium in ecclesia, nec ulla ei committatur obedientia,<sup>10</sup> nec uocem habeat nisi in sua accusatione<sup>-10</sup> ante plenariam satisfactionem. Si fuerit sacerdos uel dyaconus, hiis officiis non fungatur, nisi postmodum religiose fuerit conuersatus.

LECTIO. Si quis autem quod Deus auertat in peccatum carnis lapsus fuerit <sup>12</sup>-carcerali<sup>11</sup> custodie m[ancipetur]<sup>-12</sup>

<sup>13</sup>-<censemus. Si quis tale quid extra monasterium><sup>-13</sup> commiserit, frater qui cum eo est, excessum eius quam citius corrigendum, studeat prelato intimare. Correctus autem ad locum in quo tale quid commiserit ulterius non redeat, nisi ita religiose fuerit conuersatus quod per diffinitores generalis uel prouincialis capituli illuc reuersurus iudicetur. Si uero huiusmodi peccatum occultum fuerit, disquisitione secreta secundum tempus et personam condignam agat penitentiam. Si quis autem peccauerit et confiteri uoluerit socio suo illud alias cognoscenti, frater confessionem eius non recipiat, nisi tali conditione ut cum opportunitas fuerit, ipsum possit proclamare. Si quis autem de mala familiaritate notabiliter suspectus fuerit, et post admonicionem a prelato de consilio discretorum coram eisdem pluries sibi factam se non correxisse deprehensus fuerit, priori prouinciali et diffinitoribus sequentis capituli denunciatur ut ipsi prouideant ordinis honestati.

LECTIO. Si qui per conspirationem uel coniurationem uel per maliciosam concordiam aduersus <priores uel> prelatos suos manifeste se exerint, supradicto modo peniteant et de cetero in omni uita sua extremum locum sui ordinis teneant et uocem in capitulo nisi in sui accusatione non habeant, neque eis aliqua obedientia iniungatur, nisi per magistrum ordinis uel diffinitores generalis uel prouincialis fuerint restituti. Si qui tamen fratres non maliciose sed in ueritate aduersus prelatum aliquid habuerint quod tolerari non debeat, nec deceat, prius eum inter se cum omni humilitate et caritate, de sua correctione admoneant. Quod si frequenter admonitus se corrigere neglexerit aut contempserit, priori prouinciali significant, uel uisitoribus, <ut> cum ad eandem domum uisitandam uenerint, causa manifeste indicetur, uel diffinitoribus generalis uel prouincialis generalis significetur. Aliter prelatos suos subditi infamare non presumant.

<sup>14</sup> res. | *Sequitur in prima distinctione constitutionum de grauissima culpa decimum nonum capitulum* add. i. marg. dext. al. m. (XVII/XVIII s.).

<sup>15</sup> *Sequitur in prima distinctione* add. i. marg. dext. al. m. (XVII/XVIII s.).

<sup>16</sup> corr. i. marg. sin. ex *ad m.* B sec. Const.

f. 4r

#### <sup>14</sup>-<DE GRAVISSIMA CULPA. XIX CAPITULUM><sup>-14</sup>

G<rauissima> culpa est incorregibilitas illius qui nec culpas timet admittere et penam recusat ferre. Talis de consilio discretorum carcerali custodie mancipetur et ibidem secundum exigenciam culparum, iuxta discrecionem prelati, ieiuniis et abstinenciis puniatur, uel secundum regulam patris nostri Augustini, si magis expediens uideatur exutu habitu ordinis nostri de ordine expellatur, si tamen ad illam horam sani capitis et integri sensus extiterit. Si etiam aliqui sunt, qui iudicio discretorum <in communi> sine graui periculo <uel scandalo> tolerari non possunt in carcere recludantur et ibidem secundum culparum exigenciam et secundum prelati discrecionem puniantur.

#### DE APOSTASIS. XX CAPITULUM<sup>15</sup>

Quicumque apostatauerit ipso facto sit excommunicatus, quam sentenciam ex nunc ferimus presenti statuto. Si uero misertus sui redierit, depositis uestibus in claustro, nudus cum uirgis in capitulum ueniet, et prostratus culpam suam dicet, et humiliatus ueniam petet, et quamdiu prelato placuerit penis grauioris culpe subiacebit, et in capitulo nudum se presentabit semel in singulis septimanis. LECTIO. Infra hoc tempus penitentie ubique in conuentu nouissimus erit et duobus diebus in qualibet septimana per annum ieiunabit in pane et aqua, et peracta penitentia ad priorem locum non redeat, nisi per diffinitores capituli prouincialis cum eo fuerit dispensatum. Ita tamen quod anni, quibus in apostasis fuerit, ei non computentur quoad<sup>16</sup> locum. Sed sit sub omnibus illis, qui habent plures annos in ordine, quam ipse habuerit quando exiuit. Quod si secundo fugerit et iterum redierit, supradicto modo penitent et priori anno secundus annus addatur, si

tertio tertius, si quarto quartus. Omnibus tamen fratribus pro huiusmodi penitentibus humiliter in capitulo deprecantibus, prelati cum eorum penitentiam perspexerit, eis indulgere uel remittere poterit, secundum quod sue discretioni uisum fuerit uel placitum.<sup>17</sup> Apostate unius conuentus non recipiantur a priore alterius conuentus ad ordinem in eadem prouincia, sine licencia prioris prouincialis, nec apostate aliarum prouinciarum recipiantur in aliis prouinciis sine licencia magistri ordinis<sup>17</sup>.

<sup>17</sup> add. in ras. m. B sec. Cap. 1281–1283 (MOPH III, p. 212, 216, 221).

<sup>18</sup> res.

<sup>19</sup> add. i. marg. sin. m. E sec. Cap. 1287–1304 [1287–1289] (MOPH III, p. 237, 242, 247, 320; IV, p. 1).

<sup>20</sup> add. i. marg. sin. m. F sec. Cap. 1306–1308 (MOPH IV, p. 17, 24, 32).

<sup>21</sup> tit. rep. al. m. (XV/XVI s.).

f. 4v

<sup>18</sup> <Si quis in apostasia ordinatus fuerit uel><sup>18</sup> post excommunicationem diuina celebrare presumpserit in ea, executione officii perpetuo carebit, nisi forte postea ita religiose conuersatus fuerit, ut cum eo autoritate sedis apostolice dispensetur. Qui uero semel apostatauerit uel de lapsu carnis manifeste conuictus fuerit, de cetero non predicet nec audiat confessiones nec ad aliquam electionem ordinis nec ad aliquem tractatum eorum que mittenda sunt ad generale uel prouinciale capitulum admittatur, nisi per diffinitores generalis capituli uel prouincialis fuerit restitutus;<sup>19</sup> [que restitucio] non fiat per eosdem ante tres annos ad minus. Nec possit habere officium prioratus, subprioratus uel lectoratus sine magistri ordinis licencia speciali<sup>19</sup>.<sup>20</sup> Quicumque [litteras magistri] ordinis uel prioris prouincialis seu sigilla eorum falsificauerit, [eamdem] incurrat sententiam [ipso] facto.<sup>20</sup>

## DISTINCTIO SECUNDA

### DE DOMIBUS CONCEDENDIS ET CONSTRUENDIS. <I CAPITULUM><sup>21</sup>

Nulla domus concedatur, nisi a priore prouinciali et diffinitoribus prouincialis capituli fuerit postulata. Nec

22 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1280–1282 (MOPH III, p. 207, 211, 215).

23 add. i. marg. sin. m. B sec. Cap. 1280–1282 (MOPH III, p. 207, 211, 215).

24 hec uerba del. Cap. 1297–1300 (MOPH III, p. 283, 287, 295).

25 res.

26 *Hac eadem districtione precipimus, ne magister uel capitulum aliquod curam predictarum recipiat, nisi per tria capitula fuerit approbatum et nisi per dominum papam ordini committatur* praem. et del. m. B (?) sec. Cap. (ut infra).

27 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1285–1287 (MOPH III, p. 103, 107, 113).

concessa ponatur, nisi ubi predicti uiderint expedire.<sup>22</sup> Fratres nouis domibus deputati, conuentibus de quibus assumuntur et ipsi conuentus eisdem quantum ad suffragia sicut suis conuentualibus mutuo teneantur quousque conuentus ibidem fuerit assignatus. Quantum uero ad omnia alia, dicti fratres ad domos predictas simpliciter pertinebunt.<sup>22</sup> Conuentus citra numerum duodenarium et sine licentia generalis capituli et absque priore et doctor non mittatur,<sup>23</sup> [nec] postquam missus fuerit, dictus [fratrum n]umerus minuat, [et] si aliquis inde extractus [fuerit, lo]co illius alius assignetur.<sup>23</sup> Item nulla domus transferatur de prouincia in prouinciam, nisi per tria capitula fuerit approbatum.

LECTIO. Mediocres domos et humiles fratres nostri habeant,<sup>24</sup> ita quod murus domorum sine solario non excedat in altitudine mensuram duodecim pedum, cum solario uiginti, ecclesia triginta, nec fiat lapidibus testudinata, nisi forte super chorum et sacristiam,<sup>24</sup> nec fiant in domibus nostris curiositates et superfluitates notabiles in sculpturis, picturis, et pauimentis, et aliis similibus, que paupertatem nostram deformant. Si quis uero de cetero contra fecerit, pene grauiori culpe debite subiacebit. Possessiones seu redditus nullo modo recipiantur, nec ecclesie quibus animarum cura sit annexa. Nullus audeat instare uel rogare, pro beneficiis suis consanguineis obtinendis.

LECTIO. In uirtute obedientie et sub pena excommunicationis

*f. 5r*

<sup>25</sup><districte prohibemus ne aliquis fratrum nostrorum><sup>25</sup> laboret uel procuret de cetero, ut cura uel custodia monialium seu quarumlibet aliarum mulierum nostris fratribus committatur,<sup>27</sup> nisi<sup>26</sup> de licencia magistri ordinis speciali.<sup>27</sup> <sup>28</sup>Prohibemus districte, ne quis recipiat curam predictarum nisi per tria capitula continua fuerit



approbatum, et nisi cura predictarum per dominum papam ordini committatur uel per alium, qui possit facere commissionem predictam.<sup>-28</sup>

LECTIO. Mulieres claustrum uel oratorium uel alias officinas nostras numquam ingrediantur, nisi in die consecrationis ecclesie, et tunc tantum liceat eis ingredi chorum et claustrum. In Parasceue uero tantum chorum poterunt intrare usque ad officium.<sup>29</sup> Statuatur semper aliquis clericus [uel conuersus] maturus, discretus et s[ecurus, qui sit] portarius et diligenter, que [ad offic]ium pertinent, exequa[tur, poterit autem] aliquem fratrem uel secul[arem habere, honeste] conuersationis habere in ad[iutorium, prout causa] necessitatis hoc requiret.<sup>-29</sup>

## DE ELECTIONE PRIORIS CONVENTUALIS ET INSTITUTIONE SUPRIORIS. II CAPITULUM

Priores conuentuales a suis conuentibus secundum formam canonicam eligantur, scilicet a maiori parte mediate omnium<sup>30</sup> eligentium uel per compromissionem uel par communem inspirationem, aliis subtilitatibus iuris relegatis.<sup>31</sup> Cum autem per disquisitionem et scrutinium uoluntatum procedit electio, uota eligentium recipiantur per subpriorem uel uicarium in absentia subprioris, et duos fratres, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt.<sup>-31</sup> Publicato autem scrutinio et facta collectione numeri ad numerum, si minor pars maiori consenserit, ille qui primam uocem inter electores habuit surgendo dicat 'Ego talis N. uice mea et omnium electorum eligo fratrem N. in priorem talis conuentus', uel 'talis prouincie' si <priori> prouincialis eligitur. Si uero non omnes consenserint sed maior pars tunc sicut prius, qui primam uocem habuit dicat 'Ego talis pro me et pro omnibus, qui mecum consenciant, eligo N.' sicut prius. Quod similiter in electione magistri ordinis et prioris prouincialis obseruetur. Et a priore prouinciali si ei uisum fuerit confirmentur. Idem etiam fit si aliquis a maiori parte

<sup>28</sup> add. i. marg. sin. m. B sec. Cap. 1287–1289 (MOPH III, p. 237, 243, 248).

<sup>29</sup> add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1251–1254 (MOPH III, p. 57, 60, 66).

<sup>30</sup> om. Const.

<sup>31</sup> add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1273–1276 (MOPH III, p. 173, 178, 183).

32 res.

33 *uel... priorem]* add. i. marg. dext. m. C sec. Cap. 1288–1290 (MOPH III, p. 244, 248, 254).

34 *Vero... mittenda]* add. i. marg. sint. m. C sec. Cap. 1294–1296 (MOPH III, p. 268, 271, 277).

35 *Infra... magistri]* add. in ras. m. B sec. Cap. 1259–1282 (MOPH III, p. 96, 102, 106, 180, 185, 189, 208, 212, 216).

36 scr. cum Const. | *plenas* cod.

37 hic omittitur textus, add. a Cap. 1296–1298 (MOPH III, p. 278, 283, 287): *Quod si predicti tres non concordauerint. duorum sententia ad prouidendum siue de uno ipsorum trium. siue de aliquo conuentuali alio; preualebit.*

38 scr. cum Const. | *prius* cod.

illorum ad quos spectat electio, de alio conuentu fuerit postulatus. Conuentus autem, qui petit confirmationem electi in priorem, numerum et nomina scribat eligentium. Si uero infra mensem non elegerint uel postulauerint, prior prouincialis

*f. 5v*

32- <conuentui prouideat de priore. Fratres autem><sup>-32</sup> post quatuor annos a professione sua ad electionem prioris conuentualis admittantur.<sup>35</sup> Infra uero idem tempus in socium prioris uel in electorem prioris prouincialis<sup>33</sup>-uel in priorem<sup>-33</sup> nullatenus eligantur. Si uero de alia fuerit prouincia, postquam per annum continuum a tempore sue assignationis immediate precedente electionem faciendam steterint in domo alterius prouincie ad quam missi fuerint, admittantur ad electionem predictam.<sup>34</sup>-[Infra uero idem] tempus non ad[mittantur ad electionem electorum [prioris prouincialis] nec ad tractatum [ad capitulum general]e uel prouinciale [eorum que sunt] mittenda.<sup>-34</sup> Electio autem tam priorum prouincialium quam conuentualium ad illos tantum pertineat electores, qui personaliter presentes in electione extiterint, sicut fit in electione magistri.<sup>-35</sup>.

LECTIO. Prior autem conuentualis, de consilio discretorum fratrum instituat suppriorem, cuius officium erit habere diligentiam circa conuentum et curam, et corripere delinquentes, et in aliis quantum prior assignauerit ei uel permiserit. Idem autem supprior, mortuo priore uel amoto, uices eius plenarie<sup>36</sup> in omnibus obtineat quousque prior <eiusdem loci> fuerit electus et confirmatus et in domo presens extiterit, nisi prior prouincialis aliter ordinauerit<sup>37</sup>. Si uero mortuo priore uel amoto uel absente, domus suppriore caruerit et uicario, tres fratres illius conuentus, qui primitus<sup>38</sup> habitum nostri ordinis susceperunt, aliquem fratrem de illo conuentu eligant, qui uices supradictas prioris obtineat, quousque domus ipsa habeat presentem priorem uel suppriorem, uel prior

prouincialis, <sup>39</sup>-uel conuentulis<sup>-39</sup> aliter ordinauerit. In cotidianis uero capitulis non accusetur, nisi aliquando pro aliquo maiori excessu, secundum quod priori uisum fuerit proclametur.

## DE ELECTIONE PRIORIS PROUINCIALIS. III CAPITULUM

Statuimus ut mortuo priore prouinciali uel amoto, prior conuentualis illius loci in quo primum capitulum prouinciale fuerit celebrandum uicem eius obtineat.<sup>41</sup> Quod si capitulum prouinciale ex aliqua causa ad conuentum alium transferatur, que translatio fiat per priorem prouincialem uel eius uicarium de consilio discretorum, post translationem prioris uicarii potestas expiret<sup>40</sup>, et prior loci illius ad quem capitulum translatum fuerit, uices prouincialis obtineat. Si uero prior illius domus ubi prouinciale capitulum fuerit celebrandum in prouincia presens non extiterit, et capitulo prouinciali quacumque ex causa non interfuerit, simili modo prior illius domus, ubi precedens capitulum fuerat celebratum, uices prioris prouincialis in ipso tantum capitulo in omnibus obtineat. Si autem uicarium eius infra hoc tempus mori uel amoueri contigerit uel extra prouinciam esse durante eius absentia prior domus illius ubi,<sup>-41</sup>

*f. 6r*

<sup>42</sup><capitulum prouinciale antecedens celebratum fuerat uices><sup>-42</sup> prioris prouincialis in omnibus obtineat. Et sic deinceps, donec prior eiusdem prouincie sit electus et confirmatus, uel magister ordinis in predictis casibus aliter ordinauerit et ipse uel ille cui uices suas commiserit, presens in prouincia extiterit.

Lectio.<sup>43</sup> <sup>44</sup>-[Si autem priorem prouincialem in capitulo generali] uel medio tempore usque ad c[apitulum] prouinciale uel in ipso prouinci[ali capitulo] mori uel amoueri contigerit, ad [ipsum prouin]ciale capitulum

<sup>39</sup> om. Const.

<sup>40</sup> scr. cum Const. | *expirabit* cod.

<sup>41</sup> add. in ras. et i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1273–1278 (MOPH III, p. 167, 172, 178, 186, 189, 194) | Hic omittitur textus, add. a cap. 1305–1307 (MOPH IV, p. 10, 15, 23): *Idem dicimus, si generale capitulum contingat ad aliam prouinciam transferri, uidelicet quod auctoritas uicarie ad prouincialem illius prouincie cum capitulo transferatur.*

<sup>42</sup> res.

<sup>43</sup> add. i. marg. sin. m. B.

44 add. in ras. m. B sec. Cap. 1274–1276 (MOPH III, p. 173, 178, 183).

45 add. i. marg. sin. m. B.

46 *parte conuentus* praem. et del.

47 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1283–1286 (MOPH III, p. 222, 227, 231).

48 add. in ras. m. B sec. Cap. 1283–1285 (MOPH III, p. 217, 222, 227).

49 add. i. marg. sin. m. B.

50 res.

eius electio pertinebit. [Quod si nec] ipse nec alius electus fuer[it confirma]tus, uel post prouinciale capitulum priorem prouincialem mori uel amoueri contigerit, qui eius locum obtinet te[neatur] conuocare quam citius poterit electores<sup>44</sup>, et tunc prior prouincialis eligatur et prouinciale capitulum celebretur, nisi prius fuerit celebratum. Quod si in die statuta non elegerint uel postulauerint qui debent eligere, potestas prouidendi ad magistrum ordinis transferatur.

Lectio.<sup>45</sup> Volumus autem quod electio predicta spectet tantum ad priores conuentuales, et duos fratres de quolibet conuentu ad hoc idem electos a maioribus<sup>47</sup> parte<sup>46</sup> sui conuentus per disquisitionem [prioris] uel gerentis uices eius et du[orum fratrum], qui primitus habitum nostri or[dinis] susceperunt<sup>47</sup> omnibus fratribus ad conuentum illum pertinentibus, si commode potest fieri conuocatis, qui secundum formam inferius in electione magistri positam, electionem huiusmodi celebrabunt, hoc excepto quod eos includi fuerit in electione magistri non oportet.<sup>48</sup> Tres autem priores conuentuales, qui primitus nostri ordinis habitum susceperunt, disquirant et recipiant uota fratrum<sup>48</sup>. Unus autem de illis duobus electoribus illo anno in socium prioris conuentualis ad prouinciale capitulum eligatur, si tunc fuerit celebrandum. Quod si electores uel alterum eorum impediri contigerit, antequam iter ad eandem arripuerint electionem conuentus alium uel alios possit eligere loco illorum, qui fuerunt impediti. Idem dicimus de socio prioris conuentualis euntis ad capitulum prouinciale electo.

Lectio.<sup>49</sup> Statuimus ut prior prouincialis in capitulo generali a magistro et diffinitoribus, premissa diligenti examinatione confirmetur uel amoueat. Poterit nichilominus

*f. 6v*

<sup>50</sup>-<eum magister ordinis confirmare uel amouere. Quod si ordo><sup>50</sup> magistrum non habuerit tres de ipsis electoribus aliis ab electo, qui primitus habitum nostri ordinis

susceperunt, ipsum confirmandi uel compellendi ad officium, habeant potestatem. Quod si non concordauerint, duorum sententia preualebit. Si uero electum non confirmauerint, ab eisdem electoribus ad electionem iterum procedatur, et ad tres antiquiores secundum predictam formam confirmatio pertinebit.<sup>51</sup> [Si autem] magistrum ordinis mori uel amoueri [contigerit], antequam electio ad ipsum perueniat uel [antequam electionem] confirmet, in hoc casu tantum ad [uicarium] ordinis confirmatio pertinebit. Si [uero post] confirmationem, antequam ad electum confir[matio ipsa] perueniat, magistrum ordinis mori [uel amoueri] contigerit, nichilominus confirmatio [suum sor]tiatur effectum.<sup>51</sup>

LECTIO. Prouincialis autem prior eandem habeat potestatem in sua prouincia uel regno, quam et magister ordinis et eadem sibi reuerentia et obedientia a<sup>53</sup> com-prouincialibus exhibeatur que magistro exhibetur, nisi magister presens extiterit. Item prior prouincialis prouinciam suam per se, si poterit, uel per uicarios idoneos, teneatur annis singulis uisitare, quibus auctoritatem suam committat prout sibi uidebitur expedire priores prouinciales cum fuerint absoluti ad illos conuentus pertineant, de quibus fuerint assumpti,<sup>52</sup> nisi per superiores suos aliter fuerit ordinatum.<sup>52</sup> Si uero in prouincialatu decesserint, libri et alia que habuerint per prouisionem ordinis a prouincia, antequam essent prouinciales, uel etiam ab aliquo conuentu, ad prouinciam uel conuentum pertinebunt. Alia uero omnia que habuerint, sint illorum conuentuum, de quibus assumpti fuerunt. Ea uero que acquisierunt tempore prouincialatus, ad prouincias quarum erant priores spectabunt.<sup>53</sup>

#### DE ELECTIONE MAGISTRI. IV CAPITULUM.

Statuimus ut si ante festum sancti Michaelis magistrum mori<sup>54</sup> uel amoueri<sup>54</sup> contigerit, <sup>55</sup> uel in ipso festo<sup>55</sup> prior conuentualis uel prouincialis, qui propinquior illi loco extiterit, ubi magister decesserit, Parisiensi uel

<sup>51</sup> add. i. marg. sin. m. E sec. Cap. 1301–1303 (MOPH III, p. 305, 314, 319).

<sup>52</sup> rep. i. marg. sin. et del. | hic omititur textus additus a Cap. 1273–1275 (MOPH III, p. 167, 171, 177): *Statuimus autem quod in singulis prouinciis priores prouinciales, uel eorum uicarii, et diffinitores capituli prouincialis prouincias suas per uicarias distinguant, secundum quod eis uidebitur expedire, quibus singulos uicarios preficiant qui non sint priores uel lectores actu legentes, nisi prius a suis officis absoluantur, requisito consilio fratrum presencium ad dictas uicarias pertinencium, qui sunt de corpore prouincialis capituli. Qui uicarii in domibus sibi assignatis, prioris prouincialis plenarie uices gerant, excepta dumtaxat institutione et destitucione priorum et lectorum. Et ubique loca sua teneant, nisi in capitulo, dum officium sue uicarie exercent. Quorum potestas in die immediate precedente electionem diffinitorum capituli prouincialis expiret. Hos autem uicarios priores prouinciales possunt corrigere uel ex causa rationabili amouere.*

<sup>53</sup> add. in ras. et in marg. dext. et sin. m. B sec. Cap. 1283–1286 (MOPH III, p. 185, 189–190, 194–195, 200, 222, 227, 231).

<sup>54</sup> add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1278–1280 (MOPH III, p. 196, 201, 205).

<sup>55</sup> add. i. marg. dext. m. G sec. Cap. 1315–1317 (MOPH IV, p. 76, 88, 101).

56 add. i. marg. dext. m. B sec. Const.

57 *Parisiensis autem prouincialibus Hispanie, Tholosane, Anglie, Theutonie, Dacie, Bononiensis, uero Hungarie, Romane, prouincie Terre sancte et Grecie praem. et cancel. a m. E (?) sec. Cap. (ut infra) | Relicta autem per magistrum ordinis, [que acq]uisiuit in magisterio, pro medi[etate] sint sui conuentus original[is; alia uer]o medietas ad commune ordinis [bonu]m pertineat* add. i. marg. dext. al. m. sec. Cap. 1434 (MOPH VIII, p. 227).

58 add. i. marg. infra. pag. m. E sec. Cap. 1301–1303 (MOPH III, p. 303, 312, 317).

59 res.

60 add. in ras. m. B sec. Cap. 1274–1276 (MOPH III, p. 172, 178, 182).

61 add. i. marg. dext. m. E sec. Cap. 1303 (MOPH III, p. 303, 312, 318).

62 add. i. marg. dext. m. D sec. Cap. 1300–1302 (MOPH III, p. 296, 302, 311).

Bononiensi conuentui sibi, scilicet propinquiore cum festinatione denunciaret. Alteruter autem istorum conuentuum, cui primo denunciatum fuerit, teneatur similiter<sup>56</sup> reliquis nunciare. <sup>58</sup>–Parisiensis<sup>57</sup> autem prouincialibus Hyspanie, prouincie Tholosane, Lombardie inferioris, Anglie, Theutonie, Aragonie, prouincie Prouincie, Saxonie, Bono[nensis, uero Hungarie, Romane prouincie, Polonie, Terre sancte, Grecie teneantur quam citius intromare]<sup>58</sup>. Si autem post dictum festum magister decederit, ipsius obitus nichilominus nuntietur, ut supersedeatur illo anno a capitulo generali.

LECTIO. Mortuo igitur <sup>60</sup>–magistro uel a magisterio amoto, prior prouincialis illius prouincie, ubi sequens capitulum fuerit celebrandum, uices magistri in omnibus optineat quousque magister ordinis sit electus, exceptis absolucionibus priorum prouincialium et conuentualium aliarum prouinciarum et confirmationibus priorum prouincialium, quando de suis prouinciis assumuntur, et exceptis translationibus fratrum de una prouincia ad aliam;

*f. 7r*

<sup>59</sup>–<de quibus se nullatenus intromittat, nisi forte aliquis frater non><sup>59</sup> prior prouincialis existens, pro prouincialatus officio pe<teretur>. Si autem illa prouincia tunc priorem prouincialem non habuerit uel infra tempus sue uicarie eum mori uel amoueri contigerit, prior prouincialis illius prouincie ubi immediate precedens capitulum fuerat celebratum, uices obtineat supradictas. Et sic deinceps retrocedendo donec in aliqua prouinciarum isto modo ualeat uicarius inueniri.<sup>60</sup>

LECTIO. Prouinciales igitur priores <sup>61</sup>–XVIII prouinciarum<sup>61</sup>, singuli cum duobus fratribus in capitulo prouinciali electis. <sup>62</sup>–Postquam uero illa prouincia, [in qua fuerit] generale capitulum celebrandum, [priorem] prouincialem habuerit con[firmatum], ipse prior prouincialis uic[es optine]at supradictas<sup>62</sup>, <sup>63</sup>–a pluribus

medietate omnium eligencium, et deleatur totum quod sequitur usque ibi, ad capitulum ueniant<sup>63</sup> generale. Si uero in aliqua prouincia prouinciale capitulum fuerit celebratum et in proximo festo Pentecostes electio magistri fuerit facienda, diffinitor capituli generalis et socius eius sint illo anno magistri ordinis electores. In anno autem priorum prouincialium duo de diffinitoribus immediate precedentis capituli prouincialis, qui primitus habitum nostri ordinis susceperunt, qui tunc superstites fuerint, ad electionem magistri admittantur. Quorum antiquior in ordine, sit illo anno generalis capituli diffinitor, qui si ad capitulum non uenerit, aut precedentis capituli extiterit diffinitor, tunc ad diffinitionem alius electorum admittatur. Qui postquam fuerint congregati in uigilia Pentecostes, a prioribus conuentualibus illius prouincie et a fratribus presentibus in loco, in quo electio est facienda, in uno conclau firmiter includantur, ita quod inde nullatenus egredi ualeant, nec eis ullo modo aliqua alimenta ministrentur, quousque magister ordinis secundum formam canonicam sit electus. Hoc autem tam ab electoribus quam a recludentibus precipimus firmiter obseruari. Quod si quis contraire presumpserit, ipso facto sit excommunicatus, et penam grauiori culpe debitam sustinebit.

LECTIO.

f. 7v

<sup>64</sup><Forma autem electionis hec est. Electori><sup>64</sup> bus supradicto modo inclusis, cum per disquisitionem uel scrutinium uoluntatum procedet electio, tres de prioribus prouincialibus, qui inter alios XVIII<sup>65</sup> prouinciales primitus habitum nostre religionis susceperunt, uoluntates singulorum singilatim et seorsum aliquantulum in eadem domo coram oculis omnium disquirant et conscribant. Quod si inspirante gratia in unum aliquem omnes unanimiter concordauerint, ille uerus magister ordinis habeatur. Si uero in partes inequales se diuiserint,

<sup>63</sup> add. in ras. m. B sec. Cap. 1279–1281 (MOPH III, p. 201, 206, 211).

<sup>64</sup> res.

<sup>65</sup> corr. ex XII, et add. i. marg. dext. m. E sec. Cap. 1303 (MOPH III, p. 303, 312, 318).

66 uero praem. et del.

67 add. i. marg. dext. m. D. sec. Cap. (ut infra).

68 add. i. marg. dext. m. D sec. Cap. 1298–1301 (MOPH III, p. 287, 288, 295, 301).

69 add. i. marg. dext. m. E sec. Cap. 1301–1303 (MOPH III, p. 304, 312, 313, 319).

70 res.

ille in quem plures mediedate omnium eligentium consenserint, ex ui talis electionis et huius constitutionis sit magister. Quod si aliquem uel aliquos de electoribus contigerit non uenire, nichilominus tamen per eos qui aduenerint, electio magistri celebretur. Hoc autem ita fiat, ut semper in secunda feria Pentecostes, magistrum habeat capitulum, antiquum uel nouum, presentem uel absentem, quia tunc incipit sollemniter celebrari, ne achephalum iudicetur.

LECTIO. Hec omnia<sup>66</sup>, que circa electionem magistri statuta sunt, absque contradictione uolumus et precipimus firmiter obseruari. Quicumque autem ausus fuerit contradicere pertinaciter uel etiam rebellare, tamquam excommunicatus et scismaticus et destructor nostri ordinis habeatur, et quousque satisfecerit a communione omnium sit penitus alienus, et pene grauioris culpe subiaceat. Precipimus etiam in uirtute Spiritus sancti, ut nullus ante electionem magistri, circa statum ordinis, audeat aliquid immutare.

## DE ELECTIONE DIFFINITORIS CAPITULI PROVINCIALIS ET GENERALIS. V CAPITULUM

Statuimus quod singulis annis in singulis capitulis prouincialibus Hispanie, <sup>67</sup>-Tholosane, prouincie<sup>-67</sup> Francie, Lombardie, Romane prouincie, Hungarie, Theutonie, Anglie, Polonie, Dacie, Terre sancte, Grecie, <sup>68</sup>-prouincie Regni Sicilie, Aragonie, Bohemie<sup>-68</sup>, <sup>69</sup>-prouincie Prouincie, superioris Lombardie et Saxonie<sup>-69</sup>, quatuor fratres de discretioribus et magis idoneis

*f. 8r*

<sup>70</sup>-<a prouinciali capitulo per disquisitionem prioris pro><sup>70</sup> uincialis et prioris et supprioris eius loci ubi capitulum celebratur, uel si unus defuerit per disquisitionem duorum, <sup>71</sup>-quod si duo defuerint loco [ipsorum]



per disquisitionem duorum a[n]tiquiorum in ordine presencium in ca[pitulo],<sup>-71</sup> hoc modo eligantur. Predicti siquidem tres uel duo, si tertius defuerit, uoluntates singulorum singulatim et seorsum aliquantulum in eadem domo coram oculis omnium disquirant et conscribant fideliter. Et deinde in continenti <et in> loco eodem antequam fratres discedant uel ad inuicem colloquantur, scripturam publicent in medium, expressis nominibus eligentium et electorum, et in quibus plures concordauerint, illi pro diffinitoribus habeantur. Si autem partes fuerint pares tunc eodem modo disquisitionis uoluntatum unus de fratribus, qui uocem in predicta electione non habuerit eligatur, et cui parti ille consenserit, illi pro diffinitoribus a capitulo recipiantur. Quod si in<sup>72</sup>-electione istius adhuc discordauerint, per eundem modum alius eligatur, et sic deinceps donec in parte altera maior possit numerus inueniri. Predicti igitur quatuor diffinitores eligantur in die proxima precedente diem assignationis prouincialis capituli. Et ex tunc incipiat auctoritas eorumdem.<sup>-72</sup> Fratres, qui in uno anno electi sunt in diffinitores capituli prouincialis, sequenti anno ad idem officium non eligantur. Idem dicimus de diffinitoribus capituli generalia.

LECTIO. Statuimus etiam ut per duos annos in dictarum XV<sup>73</sup> prouinciarum capitulis, aliquis de magis idoneis a maiore parte capituli<sup>75</sup>-per disquisitionem prioris prouincialis<sup>74</sup>-[uel] eius uicarii<sup>-74</sup> [et prioris] et subprioris illius loci ubi ca[pitulum cele]bratur, uel si unus defuerit per di[squisitionem] duorum quod si duo defuerint lo[co ipsorum per] disquisitionem duorum antiquiorum [in ordine pre]sencium in capitulo<sup>-75</sup> eligatur, qui sit generalis capituli diffinitor, cui socius competens a priore prouinciali et diffinitoribus assignetur<sup>76</sup>. Quod si supersedeatur illo anno a capitulo generali, qui in capitulo sequenti prouinciali electus fuerit, habeatur generalis capituli diffinitor. Si uero medio tempore decesserit uel in priorem prouincialem electus fuerit et confirmatus uel aliquo modo fuerit impeditus quod uenire non possit

71 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1279–1281 (MOPH III, p. 201, 206, 211).

72 add. in ras. et i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1281–1283 (MOPH III, p. 212, 216, 221).

73 corr. ex XII m. D sec. Cap. 1298–1301 (MOPH III, p. 288, 295, 302).

74 add. i. marg. dext. m. C sec. Cap. 1287–1290 (MOPH III, p. 243, 248, 254).

75 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1279–1281 (MOPH III, p. 201, 206, 211).

76 hic omittitur textus additus a Cap. 1314–1316 (MOPH IV, p. 69, 75, 87): *Cui socius competens a priore prouinciali et diffinitoribus assignetur, addatur sic: qui diffinitor et socius solum de suis prouinciis assumantur; quod etiam de electoribus magistri ordinis uolumus inuiolabiliter obseruari. Socii etiam priorum ad prouinciale capitulum et electores prouincialis tantum de suis conuentibus eligantur.*

ad capitulum generale, ipso iure socius eius loco ipsius diffinitor habeatur. Quod si alterum ipsorum supradicto modo impediri contigerit, primus conuentus ad

*f. 8v*

<sup>77</sup><quem declinauerit teneatur ei de competenti socio itineris><sup>-77</sup> prouidere.

## DE CAPITULO COTIDIANO. VI CAPITULUM

Finitis matutinis tenetur capitulum, uel aliquando post primam, aliquando etiam intermittatur ne studium impediatur, secundum quod prelato uidebitur. Ingresso conuentu capitulum, lector pronuntiet lunam et que de kalendario pronuntianda sunt. Et sacerdos prosequatur 'Pretiosa est' etc. Deinde residentibus fratribus, lector pronuntiet lectionem de institutionibus, uel de ewangelio pro tempore, premissis 'Iube Domne', et ebdomadarius subiungat benedictionem 'Regularibus disciplinis', uel 'Diuinum auxilium' pro tempore. Et facta absolutione pro defunctis, dicat 'Qui tenet capitulum benedicite'. Et responso 'Dominus' inclinent omnes.

Deinde recitatis beneficiis, et dicto a priore 'Retribuere dignare' etc., dictis etiam a conuentu psalmis [Ps CXXII] 'Ad te leuauit' et [Ps CXXIX] 'De profundis'. 'Kyrie eleyson' cum 'Pater noster', subsecutis etiam tribus uersiculis 'Oremus pro domino papa', 'Saluos fac seruos tuos' et 'Ancillas tuas', 'Requiescant in pace'. 'Dominus uobiscum' ab ebdomadario dicendis cum his tribus collectis 'Omnipotens sempiterne Deus, qui facis', 'Pretende', 'Fidelium Deus', resideant fratres. Tunc prelatus poterit dicere breuiter 'Si quid ad honestatem et correptionem fratrum uiderit expedire'. Post hec autem 'Egrediantur nouitii'. Quibus egressis, dicat qui preest 'Faciunt uenias qui se reos estimant'. Continuo qui se reos intellexerint, prostrati ueniam petant. Deinde surgentes, humiliter

confiteantur culpas suas. Et quorum culpa talis est, que digna est correctione, preparent se ad correctionem, quam prior faciat, uel ille cui ipse iniunxerit.

LECTIO. In capitulo fratres, nisi duabus de causis non loquantur, scilicet culpas suas uel aliorum dicendo simpliciter, et prelati suis tantum ad

*f. 9r*

<sup>78</sup><interrogata respondendo. Uno etiam stante uel lo><sup>-78</sup> quente, alius non loquatur. Nullus faciat proclamationem super aliquem ex sola suspitione. Item nullus accuset de auditu, nisi dicat a quo audierit. Auditus uero culpis, dicitur psalmus [Ps CXVI] 'Laudate Dominum' cum uersu 'Ostende nobis Domine', et 'Dominus uobiscum', et collecta 'Actiones nostras' etc. In fine dicat prior 'Adiutorium nostrum in nomine Domini', et sic soluitur capitulum.

## DE CAPITULO PROVINCIALI. VII CAPITULUM.

Capitulum prouinciale post capitulum generale, ubi et quando prior prouincialis cum consilio diffinitorum elegerit, celebretur. Capitulum autem prouinciale appellamus priores conuentuales cum singulis sociis suis a pluribus de capitulo suo ultra<sup>79</sup> medietatem eligentium electis, et predicatoribus generalibus. Si qui tamen, qui non sunt de capitulo, in diffinitores eligantur, ad omnia acta eiusdem dumtaxat capituli admittantur. Predicatoribus autem generalibus dicimus, qui per priorem prouincialem et diffinitores capituli prouincialis fuerint instituti.<sup>80</sup> Quos instituendi nullus uicarius etiam cum diffinitoribus, habeat potestatem. Dicti autem predicatoribus [dicto] officio non fungantur, nisi in prouincia in qua fuerint instituti.<sup>80</sup> Nullus uero prior conuentualis ducat secum plures fratres ad capitulum generale uel prouinciale, sine causa legitima. Quod si priorem prouincialem abesse contigerit, nec uices suas alicui commiserit, uel ille cui

78 res.

79 etiam praem. et del.

80 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1283–1285 (MOPH III, p. 217, 222, 226).

<sup>81</sup> res.

<sup>82</sup> add. in ras. et i. marg. dext. et sin.  
m. B sec. Const.

commiserit, aliquo casu absens fuerit. Prior illius loci ubi capitulum fuerit celebrandum cum diffinitoribus capituli in celebratione procedat eiusdem.

LECTIO. Predicti igitur diffinitores tractabunt omnia et diffinient cum priore prouinciali. Quod si in suis diffinitionibus in partes equales se diuiserint, illorum sententia preualebit, in quorum partem prior prouincialis concordauerit. Alias enim sententia plurium preualebit. Si autem per adiunctionem uel abse

*f. 9v*

<sup>81</sup>-<ntiam prioris prouincialis, uel eius uicarii, uel><sup>-81</sup> casu aliquo contingente, partes fiant equales, unus ab eisdem eligatur. Et in quorum partem ille declinauerit, illorum sententia preualebit. Isti autem quatuor diffinitores excessum prioris prouincialis confessi uel proclamati in capitulo prouinciali coram fratribus audiant et emendent, ei penitentiam iniungentes. Si autem incorrigibilis extiterit quod absit, ipsum usque ad capitulum generale suspendant <sup>82</sup>-ab officio prioratus, aliquem idoneum loco eius substituentes<sup>-82</sup> et eius excessum referant ad capitulum generale, scripto communiter sigillato. <sup>83</sup>-[Singuli]s annis auditis culpis in [capitulo] prouinciali fiat secretum scrutinium [in co]nspectu omnium super retencio[ne uel] absolutione prioris prouincialis. cum [expressio]ne nominum et officiorum fratrum [exprimenci]um uota sua per diffinitores ca[pituli prou]incialis, quod scrutinium non publi[cetur uel a]licui ostendatur, sed statim si[gillis om]nium diffinitorum in conspectu [omnium s]igilletur, et per diffinitorem genera[lis capituli ue]l eius socium uel per socium prioris [prouincia]lis in anno prouincialium ad genera[le capitulum] deferatur. Et hec eadem forma [scrutin]ii faciendi de priore conuentu[ali per su]bpriorem uel eius uicarium in ab[sencia subprioris e]t duos antiquiores [in ordine de conu]entu presentes in capitulo [in tractatu eorum. que mi]ttenda sunt ad capitulum [obse]ruetur; et sigi]llo conuentus ipsum scru[tinium s]igilletur

et per socium prioris ad [prouincia]le capitulum transmittatur. Dictis autem [scrutat]oribus uoluntatum in uirtute obe[diencie] precipimus, quod dictum scrutinium [alicui] per modum aliquem non reuelent.<sup>-83</sup>

LECTIO<sup>84</sup>. Accusationi uero et correctioni professi post triennium ab ingressu poterunt interesse. Infra<sup>85</sup>-quinquennium ab ingressu ordinis<sup>-85</sup> fratres alii non admittantur in conuentibus, ad discussionem eorum, que ad capitulum generale uel prouinciale sunt mittenda. Nec ad electionem socii prioris conuentualis, nec et ad electionem electorum prioris prouincialis.

LECTIO. Priores cum suo conuentu capitulo prouinciali singulis annis scribant debita domus sue et causas etiam debitorum. Item nulla petitio offeratur capitulo prouinciali nisi a conuentu, nec generali nisi a capitulo prouinciali fuerit approbata. Nullus uero religiosus alterius ordinis uel professionis nullusque secularis cuiuscumque ordinis uel dignitatis uel professionis uel uite secretis uel tractatibus capituli aliquatenus admittatur. Prior autem prouincialis et diffinitores in quolibet capitulo prouinciali determinent tempus ante quod non ueniant fratres ad sequens capitulum <prouinciale>.

## DE CAPITULO GENERALI. VIII CAPITULUM

Capitulum generale uno anno Parisius alio anno Bononie celebretur, nisi magistro et diffinitoribus ex causa legitima quandoque aliud uideatur. Predicti autem XVIII<sup>86</sup> prouinciarum diffinitores duobus annis, et XVIII<sup>87</sup> priores prouinciales tertio anno, cum magistro ordinis

*f. 10r*

<sup>88</sup>-<omnia diffinient et constituent et tractabunt. Quod><sup>-88</sup> si in partes equales se diuiserint, illorum sententia preualebit, in quorum partem magister ordinis declinauerit. Si uero in partes inequales, obtineat sententia plurium. Si autem per adiunctionem magistri partes fiant equales,

<sup>83</sup> add. i. marg. sin. m. B sec. Cap. 1281–1283 (MOPH III, p. 213, 216, 221). Et hic omittitur textus add. a Cap. 1286–1288 (MOPH III, p. 232, 237, 242): *Quod si aliquis uel aliqui de predictis scrutatoribus prioris prouincialis impedimentum habuerint, iudicio maioris partis medietatis conuentus ad audiendum, uidentum seu scribendum ea, que in scrutinio deponuntur, unus de fratribus ad electionem pertinentibus, quem maior pars conuentus nominauerit, loco illius qui impeditus fuerit ad recipiendum dictum scrutinium admittatur, et tunc seruandum scrutinium ex ui precepti, ut alii teneatur, et hec eadem forma circa scrutinium electorum prioris prouincialis et electionis prioris conuentualis, in omnibus obseruetur.*

<sup>84</sup> add. i. marg. dext. m. B.

<sup>85</sup> add. in ras. et i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1283–1285 (MOPH III, p. 217, 221, 227).

<sup>86</sup> corr. ex XII a m. E sec. Cap. 1301–1303 (MOPH III, p. 303, 312, 318).

<sup>87</sup> corr. ex XII a m. E sec. Cap. 1301–1303 (ut supra).

<sup>88</sup> res.

<sup>89</sup> add. i. marg. dext. m. B | *diffinitor*<*ibus*> add. i. marg. dext. al. m. (XVII/XVIII s.).

<sup>90</sup> rep. i. marg. sin. al. m. (XV/XVI s.).

<sup>91</sup> nostro praem. et del.

<sup>92</sup> add. i. marg. dext. m. B.

<sup>93</sup> res.

unus eligatur a diffinitoribus secundum quod in electione diffinitorum prouincialium superius est statutum.

Lectio.<sup>89</sup> Quod si ad capitulum aliquo casu prepediti non omnes uenerint, illi quos ex ipsis uenire contigerit, cum magistro ordinis omnia pertractabunt. Si uero magistrum aliqua occasione abesse contigerit. Unus de diffinitoribus eiusdem capituli, ab ipsis diffinitoribus, uel a maiori parte eorum assumatur in magistri uicarium, qui durante capitulo <uices magistri gerat in omnibus dumtaxat que ad tractatus et acta capituli pertinebunt extra capitulum> locum suum teneat, et in diffinitionibus unam tantum uocem habeat<sup>90</sup>. Et si in eius assumptione in partes equales se diuiserint, unus de presentibus fratribus eligatur ab ipsis, et in quorum sententiam ille declinabit, ille pro uicario habeatur. Cum quo uicario ceteri diffinitores in diffinitione procedant. Et si in ipsa diffinitione iterum in partes equales se diuiserint, forma superius posita teneatur. Isti autem diffinitores habebunt plenariam potestatem super excessu magistri ordinis corrigendo, uel de eo penitus remouendo. Ipsorum uero sententia tam in hiis quam in aliis inuolabiliter obseruetur, ita quod a ne mine ab illorum sententia liceat appellari. Et si appellatum fuerit, friuola et nulla appellatio habeatur. Appellationem enim fieri in nostro ordine sub<sup>91</sup> interminatione anathematis prohibemus, cum non uenerimus contendere, sed potius delicta corrigere.

Lectio.<sup>92</sup> Diffinitores itaque predicti, postquam fuerint accusati, quando eis uidebitur expedire, excessum magistri seorsum corrigant et emendent. Qui coram ipsis se humiliter prosternens, ueniam faciat, et stans de suis excessibus se accu-

*f. 10v*

<sup>93</sup>-<set, et diffinitores audiant accusantem. Auditis uero accusationibus secedat, ut eo absente diffinitores><sup>93</sup> de eius correctione conferant et disponant. Quod si preuaricator ordinis fuerit aut contemptor aut adeo negligens et

remissus quod ordinis dissolutionem <et destructionem> inducat, moneatur a diffinitoribus ut magistratui cedat et locum ad manendum sibi eligat; alioquin amouendi ipsum ab officio liberam habeant potestatem. Cessio magistri non admittatur a diffinitoribus nisi propter aliquod predictorum aut propter defectum aut impotenciam que ipsum ab executione officii magistratus perpetuo impediret.

LECTIO. In uirtute Spiritus sancti et obediencie precipimus firmiter obseruari ne quis causam depositionis magistri uel prioris prouincialis uel eius excessum uel correctionem uel secretum capituli seu dissensiones diffinitorum uel fratrum unde ordo noster possit turbari uel infamari, audeat scienter extraneis publicare. Si quis autem ex deliberatione contrafecerit tamquam excommunicatus et scismaticus et destructor nostri ordinis habeatur, et quousque satisfecerit a comunione omnium sit penitus alienus. Eadem distictione precipimus ne quis uerbo uel facto ad diuisionem nostri ordinis audeat laborare. Quod si fecerit, pene subiaceat supradicte.

LECTIO. Statuimus autem ut si in anno diffinicionis priorum prouincialium electio magistri celebretur, illo anno unus de fratribus electoribus de qualibet prouincia qui in prouinciali capitulo ad hoc electus fuerit, ad diffinicionem cum eis pariter admittatur. Si uero in anno diffinitorum celebretur, tunc cum diffinitoribus priores prouinciales conueniant et utrorumque diffinicio sit comunis.

LECTIO. Statuimus autem et in uirtute Spiritus sancti et sancte obediencie et sub interminatione anathematis prohibemus districte ne priores prouinciales fratribus diffinitoribus, uel fratres diffinitores prioribus prouincialibus,

*f. 11r*

per suas diffiniciones preiudicium aliquod audeant generare. Quod si facere attemptauerint, eadem distictione prohibemus ne in hoc aliquis presumat eis obedire.

94 *Sequitur in secunda distinctione Constitutionum* add. i. marg. dext. al. m. (XVII/XVIII s.).

95 hic omittitur textus additus a Cap. 1272–1274 (MOPH III, p. 163, 167, 171): *Capitulum generale quantum ad auctoritatem diffinitorum in uigilia pentecostes incipit celebrari.*

LECTIO. Priori prouinciali eunti ad capitulum generale detur socius a diffinitoribus prouincialis capituli. Statuimus insuper quod omnes priores conuentuales cum sociis suis et predicatoribus generales illius prouincie in qua generale capitulum celebratur illo anno ueniant ad capitulum generale; nec eodem anno in illa prouincia ad celebrandum aliud capitulum prouinciale teneantur.

#### DE SOLLEMPNI CELEBRATIONE CAPITULI. IX CAPITULUM<sup>94</sup>

Cum<sup>95</sup> autem in secunda feria post Penthecostes fratres in capitulum uenerint, primo omnium deuote inuocetur Spiritus sanctus a quo filii Dei aguntur et dicatur uersus ‘Emitte Spiritum tuum’ etc. cum collecta de Spiritu sancto. Deinde residentibus fratribus et sua loca tenentibus, ut uerbo Dei celi firmentur uerbum Dei in comune fiat. Sermoni autem interesse poterint qui ad edificationem interesse uoluerint. Finito sermone, quia indigentibus quamtocius subueniendum est, obitus fratrum in anno defunctorum in comuni recitetur et fiat eis comunis absolutio et dicatur pro eis psalmus [Ps CXXIX] ‘De profundis’, ‘Kyrieleison’, ‘Pater noster’, cum uersu ‘A porta inferi’, oratio ‘Absolut Domine’. Postmodum si littere legende sunt legantur, et eis suo tempore cum consilio respondeatur. Perlectis litteris et facta recommendatione uiuorum dicatur psalmus [Ps CXXII] ‘Ad te leuauit’, ‘Pater noster’, ‘Kyrieleison’, uersus ‘Saluos fac’ et oratione ‘Pre-tende’. Et sic omnes qui non sunt de capitulo egrediantur. Quibus egressis, qui missi sunt ad excusandum eos qui non assunt, ad quid

*f. 11v*

uenerint loquantur. Deinde culpe audiantur. Si qui uero sine licencia ad capitulum generale uel prouinciale uenerint, primo culpe eorum audiantur et accepta penitencia a capitulo excludantur.



LECTIO. Ut autem in exeundo modus seruetur, nullus exeat sine licencia et necessitate. Egressus autem non discurrat sed expleta necessitate cicius reuertatur. Qui autem in presenti anno uisitare debuerant et non sicut oportuit fecerunt, culpam suam dicant et digne uindictae subiaceant. Tunc etiam absentibus qui adesse debuerant et hiis qui peccauerunt nec satisfecerunt penitentia scripta mittatur. Conuentus uero qui mittit accusationes ad capitulum generale uel prouinciale scribat numerum et nomina accusantium, etsi accusant de auditu uel uisu. Accusatio autem unius tantum, ad capitulum generale uel prouinciale non mittatur. Et tractatus eorum que mittenda sunt ad capitulum ultra unum diem non prolongetur. Qui autem habent questiones facere siue proprias siue comunes ad ordinem uel predicationem pertinentes, proponant fratribus a magistro et diffinitoribus ad hoc statutis, ut suo loco et tempore soluantur et terminentur. Si qua uero dissensio inter fratres nostri ordinis, quod absit, emerit de libris uel aliis, cum preponenda sint spiritualia temporalibus non agatur inde in capitulo, sed dicti fratres extra capitulum discussa ueritate dissensionem dirimant et inter fratres pacem restituant. De solutione autem et terminatione questionum, de correctione fratrum, de modo penitenciarum, et predicatoribus ob predicandum et studendum mittendis, prelati maior cum aliis qui ad hoc statuti sunt tractabit; et quidquid inde donante Spiritu sancto ordinauerit, capitulum

<sup>96</sup> *de capitulo generalissimo* add. i. marg. dext. al. m. (XVII/XVIII s.).

*f. 12r*

uniuersaliter et unanimiter et deuote suscipiat. Nullus murmuret, nullus reclamet, nullus contradicat. In fine fiat comunis confessio et absolutio, perseuerantibus benedictio. Et hec eadem forma, in capitulo <prouinciali> similiter obseruetur.

LECTIO. Porro magister ordinis aut priores prouinciales non<sup>96</sup> mutant acta prouincialis capituli uel generalis nisi

97 *sequitur in secunda* add. i. marg. dext. al. m. (XIV/XV s.).

98 del. et scr. cum Const.

99 add. i. marg. dext. m. B sec. Cap. 1276–1278 (MOPH III, p. 185, 190, 194). Hic omititur textus additus a Cap. 1304–1306 (MOPH IV, p. 2, 8, 15): *Quod si in eadem prouincia commode celebrari non ualeat eodem anno generale capitulum. magister ordinis uel eius uices gerens. ipso mortuo uel amoto. dictum capitulum ad aliam prouinciam mutare poterit. si expediens iudicauerit de consilio discretorum.*

100 add. in ras. m. B sec. Cap. 1279–1281 (MOPH III, p. 201, 206, 211).

forte speciali, ex causa necessaria uel utili. Item generale statutum ordinis uel consuetudinem diu obtentam et comuniter approbatam in ordine nec magister ordinis nec priores prouinciales aliquatenus<sup>97</sup> ualeant immutare nisi per tria capitula fuerit approbatum.<sup>98</sup> <Ea uero que de generali capitulo dicta sunt, in uigilia Penthecostes debent inchoari.><sup>98</sup> Capitulum autem generale ultra sabbatum infra octauas Penthecostes non prolongetur, nisi ex causa rationabili magistro et diffinitoribus uideatur quod per unum diem uel per duos ad plus debeat prolongari.<sup>99</sup> Capitula etiam prouincialia eodem modo infra pretaxatum dierum numerum terminentur.<sup>99</sup> Necessitate uero urgente magister ordinis cum assensu prioris prouincialis, in cuius prouincia capitulum generale fuerit celebrandum, de consilio discretorum ad alium conuentum eiusdem prouincie capitulum transferre possit.

#### DE CAPITULO GENERALISSIMO. X CAPITULUM

Capitulum generalissimum non conuocetur nisi quando maior pars prouinciarum pecierit, uel magistro cum media parte prouinciarum uisum fuerit expedire. Prouincie uero que petunt, scribant causas quare petunt; de hiis tamen capitulum generale non habebit iudicare utrum sufficientes sint uel non, sed tamen scribantur ut fratres de eis ante capitulum conferre ualeant. Priores autem prouinciales singuli, cum duobus sociis a capitulo suo prouinciali electis<sup>100</sup> a pluribus medietate omnium eligentium tale capitulum celebrabunt. Duobus etiam annis ante pronuncietur: nisi urgens<sup>100</sup>

*f. 12v*

fuerit necessitas.

LECTIO. Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo uicesimo octauo conuenerunt Parisius in domo Sancti Iacobi priores prouinciales una cum uenerabili patre fratre Iordano bone memorie magistro

ordinis nostri, singuli cum duobus sociis uel diffinitoribus sibi a prouincialibus capitulis deputatis. In quos fratres omnes uota sua unanimiter transtulerunt, eisdem potestatem plenariam concedentes ut quidquid ab eis fieret siue in constituendo siue in destituendo mutando addendo uel diminuendo, de cetero firmum ac stabile permaneret; nec liceret alicui quantecumque auctoritatis capitulo, eorum aliquid immutare que ipsi statuerent perpetuis temporibus permansura.

LECTIO. Priores igitur iam prefati cum suis diffinitoribus, gratia sancti Spiritus inuocata, quasdam constitutiones ad utilitatem et honestatem et conseruationem ordinis premissa diligenti examinatione unanimiter et concorditer ediderunt, quas in locis suis inter constitutiones alias inserere procurarunt. Inter illas autem quasdam uoluerunt inuiolabiliter <immutabiliter et in perpetuum> obseruari, uidelicet de possessionibus et redditibus nullatenus recipiendis, de appellationibus remouendis, et quod non possit per fratres diffinitores prioribus prouincialibus neque per priores prouinciales fratribus diffinitoribus in suis diffinicionibus in aliquo preiudicium generari. Quasdam uero sic uoluerunt immutabiles permanere ut non nisi a consimili capitulo, nouis emergentibus articulis casibus uel negociis, de ipsis possit aliquid pro tempore immutari, uidelicet de constitutionibus non faciendis nisi per tria capitula generalia continua fuerint approbate, de non equitando, de expensis non portandis, de carnibus nisi causa infirmitatis non

*f. 13r*

comedendis; ita tamen ut in hiis pro loco et tempore prelato liceat dispensare.

## DE VISITATORIBUS. XI CAPITULUM

Statuimus quod quatuor fratres ad uisitandam prouinciam a priore prouinciali et diffinitoribus assignentur

in capitulo prouinciali, qui excessus priorum conuentualium et fratrum audiant et emendent absque constitutione et status domus immutatione. Loca uero sua ubique teneant nisi in capitulo dum ab eis officium sue correctionis exercetur; quod in tribus diebus continuis terminetur. Si qua autem grauia et periculosa inuenerint emersisse a tempore uisitationis ultimo facte per uisitatorem precedentem licet correcta fuerint, nichilominus cum testimonio maioris partis capituli eiusdem, magistro et diffinitoribus capituli generalis studeant denunciare, uel priori prouinciali et diffinitoribus capituli prouincialis si ibi capitulum generale non sit celebrandum.

LECTIO. Visitatores autem presentes uerbo, absentes scripto, referre debent diffinitoribus prouincialis capituli, uel generalis cum in sua prouincia celebratur, de hiis quos uisitauerunt fratribus si in pace continui, in studio assidui, in predicatione feruentes, que de eis fama, quis fructus, si in uictu et uestitu et in aliis secundum tenorem institutionum ordo seruetur. Priores autem seu lectores<sup>101</sup> et supprior<sup>101</sup> in uisitatores nullatenus eligantur. Quod si aliquis uisitator antequam uisitet uel in ipsa uisitatione in priorem fuerit electus et confirmatus uel mortuus uel alias impeditus, prouideat prior prouincialis de alio fratre, qui uisitet loco eius.

#### DE PREDICATORIBUS. XII CAPITULUM

Prouideant diligentissime priores ne committant predicationis officium nisi fratribus ad hoc idoneis et moribus et scientia approbatis, ne ex insufficiencia predicantium ordo ue

*f. 13v*

niat in contemptum, et uergat in periculum animarum. Statuimus autem ut nullus fiat predicator generalis antequam theologiam audierit per tres annos et nisi sit maturus et discretus ad negocia ordinis in capitulis pertractanda.

LECTIO. Nullus assumatur ad predicationis officium extra claustrum uel fratrum consortium infra XXV annos, nec predicet populo nec confessiones extraneorum audiat nisi de licencia prioris sui in capitulo de consilio discretorum sibi data. Hii uero qui apti sunt, cum in predicatione exire debuerint, eis socii dabuntur a priore secundum quod moribus eorum et honestati expedire iudicauerit. Qui accepta benedictione exeuntes ubique tamquam Uri, qui suam et aliorum salutem procurare desiderant religiose et honeste se habeant, sicut uiri euangelici, sui sequentes uestigia Saluatoris, cum Deo uel de Deo, secum uel cum proximis utiliter loquendo, uitabunt suspiciosi comitatus familiaritatem. Cum fratres nostri diocesim alicuius episcopi ad predicandum intrauerint, primo si poterint episcopum uisitabunt ut secundum consilium eius in populo faciant fructum quem facere intendunt. Et quamdiu in eius episcopatu fuerint, ipsi deuote obedientes erunt. LECTIO. Predicare uero non audeat aliquis in dyocesi illius episcopi qui ei ne predicet interdixerit <sup>102</sup>-ex causa rationabili<sup>-102</sup> nisi litteras et mandatum habeat summi pontificis. Caueant etiam fratres nostri ne ponendo os in celum suis predicationibus religiosos<sup>103</sup> et clericos scandalisent; sed ea potius que in ipsis emendanda uiderint, obscurando ut patres seorsum emendare procurent. Socius autem datus predicatori, ipsi ut priori suo obediat. Statuimus ne fratres nostri in predicationibus suis dari uel colligi pecuniam

*f. 14r*

admoneant: pro domo uel aliqua persona speciali.

#### DE ITINERANTIBUS. XIII CAPITULUM<sup>104</sup>

Euntes ad predicationis officium exercendum uel alias itinerantes, aurum argentum pecuniam aut munera, excepto uictu et necessariis indumentis et libris, non

<sup>102</sup> add. i. marg. dext. m. C sec. Cap. 1288-1290 (MOPH III, p. 244, 248, 254).

<sup>103</sup> corr. i. marg. sin. ex religios m. C.

<sup>104</sup> *Sequitur in secunda distinctione de predicatione* add. i. marg. sin. al. m. (XVII/XVIII s.).

<sup>105</sup> *Sequitur in secunda distinctione constitutionum de itinerantibus XIII capitulo add. i. marg. sin. al. m. (XVII/XVIII s.).*

accipient neque portabunt. Si quis autem aliquid acceperit de predictis, teneatur prelato suo cum redierit libere presentare. Fratres etiam non accipiant a mulieribus munuscula nec dent, maxime confessores. Item fratres non sint dispensatores alienarum rerum nec pecuniarum, nec extraneorum deposita recipiant nisi librorum aut paramentorum ecclesiasticorum.

LECTIO. Predicatores uel itinerantes cum in uia existunt officium suum dicant prout sciunt et possunt, et sint contenti officio ecclesiarum ad quas quandoque declinent. Fratres etiam uiatores litteras testimoniales secum ferant, et in conuentibus ad quos declinauerint de excessibus suis corrigantur. In quacumque autem prouincia fratres itinerantes qui deliquerint, prior prouincialis uel conuentualis seu eorum uicarii, supprior uisitor et ceteri in cuius terminis inuenti fuerint, ipsos sicut fratres suos corrigendi liberam habeant potestatem.

LECTIO. Prior in ordine sit prior in uia nisi forte predicatori adiungatur, uel cum egrediuntur aliter ordinauerit de eis. Nullus fratrum uadat ad curiam nisi de licencia magistri uel capituli generalis, sed mittatur nuntius ad fratres qui sunt ibi, uel per aliquem alium prout melius fieri poterit negocium procuretur. Prior priorem superuenientem honoret, sed hospes per ciuitatem sine consilio eius non discurrat nec moram faciat. Fratres Minores sicut et nostri caritatiue et hylariter recipiantur

*f. 14v*

et secundum facultatem domus pie et honeste procurantur.

LECTIO<sup>105</sup>. Quicumque autem prior prouincialis sine licencia magistri, uel frater alius quicumque sine licencia magistri uel prioris prouincialis, archiepiscopatum uel episcopatum receperit, nisi per talem obedienciam cogatur quam transgrediendo peccaret mortaliter, ipsum statuto presenti suffragiis societate ac omnibus beneficiis ordinis tam in morte quam in uita priuamus. Fratres ordinis nostri

episcopis uel aliis quibuscumque personis extra ordinem assignatos, qui in ieiuniis et abstinenciis uictu et uestitu statuta ordinis non seruant, suffragiis et beneficiis ordinis tam in uita quam in morte priuamus, quosque super huiusmodi excessu adeo digne satisfecerint quod per magistrum aut prouincialem suum ad huiusmodi beneficia restitui mereantur. <sup>106</sup>[Precipimus autem in uirtute sancte obedientie et Spiritus sancti prioribus prouincialibus et conuentualibus ac eorum uicariis quod nulli fratri electo seu postulato] extra [ordinem ad quamcumque dignitatem] personarum gradum [infra dignitatem episcopalem, licenciam] concedant huiusmodi [electiones seu postulationes] acceptandi [uel alio quolibet modo] prosequendi. Eodem precepto [prohibentes ne frater] aliquis propter licenciam [sibi datam contra prohibitionem huiusmodi premissas] electiones seu postulationes per se uel per alium prosequatur. Quicumque autem in premissis [secus fecerit, incurrat sententiam excommunicationis ipso facto; quam] sententiam ferimus presenti [statuto. Et nichilominus] omnibus graciis ordinis sit priuatus, ad quas restitui non ualeat nisi per magistrum ordinis uel uicarium. <sup>106</sup> Si quis autem frater ordinis nostri per se uel per alium ordinationem de se uel de alio factam, uel obedientiam sibi uel alii fratri iniunctam, per quamcumque personam extra obedientiam nostri ordinis constitutam quocumque modo procurauerit reuocari, uel in aliqua prouincia seu conuentu aut in officio siue etiam studio generali poni uel remanere uel inde remoueri uel cum personis extraneis commorari, ipso facto ex ui presentis statuti in penam incidat culpe grauiori debitam, et omni uoce tam in accusationibus aliorum quam in electionibus et tractatibus eorum que ad capitulum prouinciale mittenda sunt penitus sit priuatus, nec ad predicta restitui ualeat, nisi per magistrum ordinis uel diffinitores capituli generalis. <sup>107</sup>

<sup>106</sup> add. i. marg. dext. m. G sec. Cap. 1316–1318 (MOPH IV, p. 88, 101, 106).

<sup>107</sup> hic omittitur textus additus a cap. 1290–1292 (MOPH III, p. 255, 260, 265): *si uero fuerit conuersus ipso facto uoce, nisi in accusatione propria, sit priuatus. Et ubique nouissimum locum teneat, nisi per magistrum ordinis uel diffinitores capituli generalis fuerit restitutus. Et nichilominus penitentiam faciat grauis culpe.*

## DE STUDENTIBUS. XIV CAPITULUM.

Quoniam circa studentes diligens est adhibenda cautela, aliquem specialem fratrem habeant sine cuius licencia non

<sup>108</sup> add. i. marg. dext. m. C sec. Cap. 1288–1290 (MOPH III, p. 244, 248, 254).

<sup>109</sup> *Quinque* [add. m. C sec. Cap. 1288–1290 (MOPH III, p. 244, 248, 254)] *autem prouincie scilicet: Prouincia, Lombardia, Theutonia, Anglia, Romania* [add. m. C sec. Cap. 1288–1290 (MOPH III, p. 244, 248, 254)] *prouideant*, praem. et cancel. m. E. (?) sec. Cap. (ut infra).

<sup>110</sup> add. i. marg. sin. m. E sec. Cap. 1301–1304 (MOPH III, p. 303, 304, 305, 312, 313, 314, 318, 319, 320, II, p. 2).

f. 15r

scribant quaternos nec audiant lectiones. Et que circa eos in studio corrigenda uiderit corrigat; et si uires eius excedant, prelato preponat. In libris gentilium et philosophorum non studeant, etsi ad horam inspiciant. Seculares scientias non addiscant nec artes quas liberales uocant nisi aliquando circa aliquos magister ordinis uel capitulum generale uel prior prouincialis uel capitulum prouinciale uoluerit aliter dispensare, sed tantum libros theologicos tam iuuenes quam alii legant. Ipsi uero in studio taliter sint intenti ut de die de nocte, in domo in itinere, legant aliquid uel meditentur, et quidquid poterunt retinere cordetenus nitantur.

LECTIO. Curet prior prouincialis ut si habuerit aliquos utiles ad docendum qui possint in breui esse apti ad regendum, mittere ad studendum ad loca ubi uiget studium extra suas prouincias, de diffinitorum capituli prouincialis uel maioris partis eorum consilio et assensu. Si uero aliquem ipsorum studencium infra sex menses a tempore celebrati capituli mori contigerit uel alias impediri et in aliis illi ad quos mittuntur eos non audeant occupare nec ad prouinciam suam remittere nisi fuerint reuocati. <sup>108</sup>Postquam autem in aliquo per tres annos ad plus fuerint commorati, ipso facto sint ab illo studio absoluti, nisi de licencia magistri ordinis speciali. Et hoc idem circa studentes eiusdem prouincie obseruetur. <sup>108</sup>Tres fratres tantum mittantur Parisius ad studium de prouincia, <sup>110</sup>-exceptis <sup>109</sup>prouinciis Hispanie, Tholosane, prouincie Lombardie inferioris, Polonie, Grecie, Terre sancte, Aragonie, Boemie, prouincie Prouencie, Lombardie superioris et Saxonie, de quarum qualibet duo tantum mittantur. Quelibet autem prouincia, exceptis Dacie, Grecie et Terre sancte, prouideat <sup>110</sup>, ut semper in conuentu aliquo iugiter idoneo sit generale studium et solemne, et ad illum locum quilibet prouincialis potestatem habeat mittendi duos fratres idoneos ad studium, <sup>111</sup>-exceptis prouinciis Hyspanie, Tholosane, Lombardie



inferioris, Polonie, Grecie, Terre sancte. Aragonie, Boemie, prouincie Prouincie, Lombardie superioris et Saxonie, de quarum qualibet possit mittere unum fratrem.<sup>-111</sup> Quod si in aliqua dictarum prouinciarum lector sufficiens non fuerit, pro tali studio magister ordinis de doctore<sup>112</sup> prouideat competenti.

LECTIO. Statuimus autem ut quelibet prouincia fratribus suis missis ad studium ad minus in tribus libris theo

f. 15v

logie teneantur prouidere, uidelicet *Biblioteca*, *Hystoriis* et *Sententiis*, et ipsi in hiis tam in textu quam in glosis precipue studeant et intendant. Item nullus faciat scribi libros de rebus domus nisi ad comunem utilitatem. Nulli etiam certus usus librorum concedatur, nec indignetur a quocumque auferantur uel in cuiuscumque custodia dimittantur. In diebus dominicis et festis precipuis a quaternis scribendis se contineant.

LECTIO. <sup>114</sup>Cum frater de prouincia ad prouinciam mittitur, si simpliciter illi prouincie ad quam mittitur deputetur<sup>113</sup>, libri et alia que habuerit per prouisionem ordinis a prouincia de qua mittitur et etiam a conuentu, ad eandem prouinciam uel conuentum simpliciter pertinebunt; alia uero omnia que habuerit sint illius prouincie ad quam mittitur, ubicumque postquam assignatus fuerit moriatur. Si uero ad tempus mittitur, omnes libri eius et res alie post eius obitum ad prouinciam uel conuentum unde assumptus est pertinebunt. In utroque autem casu siue assignetur simpliciter siue ad tempus, conuentus cui assignatus fuerit, et ipse conuentui, ad suffragia teneatur. Si autem ex quo alii prouincie assignatus fuerit ipsum mori contigerit antequam certo conuentui deputetur, prior illius prouincie eidem prouideat de conuentu, qui sibi ad suffragia teneatur ne consuetis defunctorum subsidiis defraudetur.<sup>-114</sup>

LECTIO. Circa autem eos, qui student, taliter dispensetur a prelato ne propter officium uel aliud de facili a studio

<sup>111</sup> add. infra pag. m. E sec. Cap. 1301–1303 (MOPH III, p. 301, 312 318).

<sup>112</sup> lectore Const.

<sup>113</sup> assignetur Const.

<sup>114</sup> add. in ras. m. B sec. Cap. 1280–1282 (MOPH III, p. 207, 211, 16).

<sup>115</sup> scr. cum Const. et Cap. 1258–1260 (MOPH III, p. 92, 95, 101) | *Nullus etiam fratrum nostrorum legat in Psalmis et Prophetis alium sensum litteralem, nisi quem sancti approbant et konfirmant, nec disputet nisi per licentiam prioris prouincialis et diffinitorum capituli prouincialis. Nulla scripta facta uel compilata a fratribus aliquatenus publicentur, nisi per fratres peritos, quibus magister ordinis uel prior prouincialis commiserit, fuerint examinata. Libri ordinis seu fratrum non uendantur nisi precium eorum in alios libros seu scripta conuertatur cod.*

retrahantur uel impediuntur. Locus uero proprius secundum quod magistro studentium uidebitur expedire statuatur, in quo post disputationem uel uesperas uel alio tempore prout uacauerit ad dubitationes uel questiones proponendas uel collationes faciendas ipso presente conueniant, et uno querente seu proponente alii

f. 16r

taceant ne loquentem impediunt. Si quis autem inhoneste uel confuse uel clamose uel proterue querens uel opponens uel respondens offenderit, statim ab eo, qui tunc inter eos preest corripatur.

LECTIO. Celle quibus magistro studentium expedire uidebitur assignentur. Quod si aliquis infructuosus inueniatur in studio, cella eius detur alteri et ipse in aliis officiis occupetur. In cellis uero scribere, legere, orare, dormire et etiam de nocte uigilare ad lumen possunt, qui uoluerint propter studium. <sup>115</sup><Nullus autem fiat publicus doctor> nec disputet nisi per licentiam prioris prouincialis et diffinitorum capituli prouincialis. Nullus etiam fratrum nostrorum legat in *Psalmis* et *Prophetis* alium sensum litteralem nisi quem sancti approbant et confirmant. Libri ordinis seu fratrum non uendantur nisi precium eorum in alios libros seu scripta conuertatur. Nulla etiam scripta uel compilata a fratribus aliquatenus publicentur nisi per fratres peritos, quibus magister uel prior prouincialis commiserit, fuerint examinata. <sup>-115</sup>

## DE CONVERSIS. XV CAPITULUM.

Eodem tempore surgant conuersi quo et alii fratres et eodem modo inclinent. Cum surrexerint ad matutinas dicant ‘Pater noster’, ‘Credo in Deum’. Quod etiam faciendum est ante primam et post completorium. In matutinis dicto ‘Pater noster’ et ‘Credo in Deum’, erigant se dicendo ‘Domine labia aperies’ etc., ‘Deus in adiutorium’

etc., 'Gloria Patri' etc. Pro matutinis in profestis diebus dicant XXVIII 'Pater noster', et in fine omnium dicant 'Kyrieleison, Christeleison, Kyrieleison', 'Pater noster'; quo dicto addant 'Per Dominum' etc., deinde 'Benedicamus' etc. In uesperis uero XIII, in aliis autem horis VII 'Pater noster' dicant. In festis autem IX lectionum, XL 'Pater noster' dicant. Et hoc tamen sub silencio in ecclesia et ubicumque fuerint. Loco 'Preciosa' dicant III 'Pater noster'. Pro benedictione mense

116 cancel. a m. B (?).

117 textus illegibilis.

118 add. m. B.

*f. 16v*

'Pater noster', 'Gloria Patri' etc.; post mensam pro graciis III 'Pater noster', 'Gloria Patri' etc., uel [Ps L] 'Miserere mei Deus' qui sciunt.

LECTIO. Indumenta tot habeant quot et ceteri fratres, preter capas, loco quarum habeant scapularia longa et lata usque ad iuncturam inter pungenum et brachium, que non sint alba sicut et tunice sed similis coloris capis clericorum. Possunt etiam breuia grisei coloris habere scapularia, ad mensuram scapularium nostrorum. De ieiuniis cibis et abstinentiis culpis et aliis omnibus sic se habeant sicut et clerici. In labore tamen prelatus poterit cum eis dispensare. Soli non uadant sed cum socio clerico uel conuerso. Psalteria non habeant nec etiam alios aliquos libellos. Explicit.<sup>116</sup>

<sup>118</sup>-EXPLICIUNT CONSTITUTIONES ORDINIS FRATRUM PREDICATORUM, DE QUE CONTRA QUICUMQUE ALIIS ET QUANDOCUNQUE <...><sup>117-118</sup>.

*non hinc tres d' ipis electoribus eius ab electo  
 qui prius hinc nri ecclie suscipiunt. ipm con-  
 firmant & possunt ad officiu hanc potestate  
 & si non concordant. duoz sicut pua-  
 lit. Si no electum non affirmant ab eis  
 electoribus ad electione ite pcedatur. & ad tres  
 antiquiores sed in p'dicta forma affirmas pri-  
 uebit. *Leto* Prouinciat no po: eand heat  
 potestate in sua p'incia ut regno. qm & mgr  
 ozdis. & eade sibi reuerencia & obediencia a p'incia ad' cretat' q  
 magro eribet. h magr p'ens cruce. Item po: p'incia p'incia sua ple si pot' vt  
 vicarios yconcos reueatur annul singlis mstrare. quibz auctoritatem suam  
 mstrare qm sibi mdebt ex p'dire. p'iores p'inciales t' hinc absoluti. ad illos o' vet'  
 t' nate de qd' hinc.*

non hinc tres d' ipis electoribus eius ab electo  
 qui prius hinc nri ecclie suscipiunt. ipm con-  
 firmant & possunt ad officiu hanc potestate  
 & si non concordant. duoz sicut pua-  
 lit. Si no electum non affirmant ab eis  
 electoribus ad electione ite pcedatur. & ad tres  
 antiquiores sed in p'dicta forma affirmas pri-  
 uebit. *Leto* Prouinciat no po: eand heat  
 potestate in sua p'incia ut regno. qm & mgr  
 ozdis. & eade sibi reuerencia & obediencia a p'incia ad' cretat' q  
 magro eribet. h magr p'ens cruce. Item po: p'incia p'incia sua ple si pot' vt  
 vicarios yconcos reueatur annul singlis mstrare. quibz auctoritatem suam  
 mstrare qm sibi mdebt ex p'dire. p'iores p'inciales t' hinc absoluti. ad illos o' vet'  
 t' nate de qd' hinc.

lanimus  
 ut si aut festu sci michael mgrm mox. *nel Amouey*  
 agit. po: conuentual ut p'inciat qui p' in  
 quos illi legerunt ubi mgr' decellit. parisi  
 ensi ut bononiensi conuentu sibi p'p'rioz  
 eum festinatione de iunias. aliter at itoz  
 uentum au p'imo de iunias fuit tenat  
 reliquo uincate. Parisiensis aut p'inciat  
 hyspanus. *Abbas* anglie. theuedne. daa  
 boueniensis no. *Imitare* romane p'incie  
 tate. *Sancti* & *grecie*. Si aut post dictu festu  
 mgr' decellit. ipi obitus nichilomin' nuncie  
 tur. ut sup' sedatur illo anno a capitulo gra  
 li. *Leto* *Moxno* igit' magro. ut amagistio a  
 mox. po: p'inciat illi p'inciat ubi sequit'  
 scriptu fuit. ut celeb'du. *in* *magr'* *omibz*  
 obitibus quousq; mgr'. & diuis sic electus.  
 exceptis absolutis. po: p'inciatu & o' ten  
 uatu alia p'inciat. & o' *Finacoibz* po: u  
 p'inciatu. qm de suis p'inciat assumit. ce ce  
 etoal. *omibz* hinc de una p'inciat ad aliam

magro eribet. h magr p'ens cruce. Item po: p'incia p'incia sua ple si pot' vt  
 vicarios yconcos reueatur annul singlis mstrare. quibz auctoritatem suam  
 mstrare qm sibi mdebt ex p'dire. p'iores p'inciales t' hinc absoluti. ad illos o' vet'  
 t' nate de qd' hinc.

*electio dicitur p'inciat magro  
 ut si aut festu sci michael mgrm mox. *nel Amouey*  
 agit. po: conuentual ut p'inciat qui p' in  
 quos illi legerunt ubi mgr' decellit. parisi  
 ensi ut bononiensi conuentu sibi p'p'rioz  
 eum festinatione de iunias. aliter at itoz  
 uentum au p'imo de iunias fuit tenat  
 reliquo uincate. Parisiensis aut p'inciat  
 hyspanus. *Abbas* anglie. theuedne. daa  
 boueniensis no. *Imitare* romane p'incie  
 tate. *Sancti* & *grecie*. Si aut post dictu festu  
 mgr' decellit. ipi obitus nichilomin' nuncie  
 tur. ut sup' sedatur illo anno a capitulo gra  
 li. *Leto* *Moxno* igit' magro. ut amagistio a  
 mox. po: p'inciat illi p'inciat ubi sequit'  
 scriptu fuit. ut celeb'du. *in* *magr'* *omibz*  
 obitibus quousq; mgr'. & diuis sic electus.  
 exceptis absolutis. po: p'inciatu & o' ten  
 uatu alia p'inciat. & o' *Finacoibz* po: u  
 p'inciatu. qm de suis p'inciat assumit. ce ce  
 etoal. *omibz* hinc de una p'inciat ad aliam*

*ut omis aut p'inciatu. hypanie p'inciat. *Abbas*  
 boueniensis no. *Imitare* romane p'incie  
 tate. *Sancti* & *grecie*. Si aut post dictu festu  
 mgr' decellit. ipi obitus nichilomin' nuncie  
 tur. ut sup' sedatur illo anno a capitulo gra  
 li. *Leto* *Moxno* igit' magro. ut amagistio a  
 mox. po: p'inciat illi p'inciat ubi sequit'  
 scriptu fuit. ut celeb'du. *in* *magr'* *omibz*  
 obitibus quousq; mgr'. & diuis sic electus.  
 exceptis absolutis. po: p'inciatu & o' ten  
 uatu alia p'inciat. & o' *Finacoibz* po: u  
 p'inciatu. qm de suis p'inciat assumit. ce ce  
 etoal. *omibz* hinc de una p'inciat ad aliam*

por pūcia tūc pōtem pūcialem ū ha  
Sicut illa pūcia tūc pōtem pūcialem ū ha  
buit. ut infra tēpūl uicarie sue cū mou uel ū  
mouit q̄ agit. por pūcial illi pūciae ybi i medi  
are pcedens cap fuit celebrum. uicaz obtineat  
supelicta. 7 sic decept recedendo dōn ū aliq̄ pū  
ciaz isto modo ualeat uicarius inueniri.

vni pūciaz

Lam pūciales igitur puozes  
cum duobz frāz in capitulo pūciali elects  
apluribz medietate om̄m eligentium  
ad capitū ueniant

quā uō illa pū  
uale captem cele  
pūciae tēpūl  
pōz pūciali  
de pūcialem

generale. bi uō ū aliq̄ pūcia pūciale capm  
lum fuit celebrum. 7 ū primis festo pūtecosus  
fuit electio faciēda. diffinitio capiti gūnlis  
7 sed eius aut in illo anno mgr̄i ordinis ele  
ctoris. In anno at̄ pōz pūciali dno de diffi  
nitōibz i medietate pcedentis capiti pūcia  
lis qui primitus hīc̄i ord̄is n̄r̄i ū ū ū ū ū ū ū  
qui aut̄ ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū ū  
nutrauntur. Quoz antiquoz i ord̄ie ū illo  
anno gūnal capiti diffinitio. Qui ū ad ca  
pitū non uenerit. aut pcedentis capiti  
extitit diffinitio. tūc ad diffinitōem alius  
fctoz ad uicariū. Qui postq̄m fūnt cōg  
gūa in uigilia pūtecosus. Ap̄ozibz con  
nentalibz illius pūciae 7 fr̄ibz p̄sentibz  
in loco in quo electio est faciēda. ū una cō  
clau firm̄e in eludantur. ita q̄ inde nlla  
teunt egredi ualeant. nec eis ullo modo a  
liqua alimenta ministrentur. quousq̄  
mgr̄i ord̄is sedm̄ formā canon̄cā sit electus  
Hec at̄ tam ab electozibz q̄m a recludētibz  
p̄cipū firm̄e obseruari. q̄ si quisq̄m cont  
ue p̄sumpserit. uō hōc sit ex cōnuicac̄. 7 penā  
gūnuon culpe debitam sustinebit.



## BIBLIOGRAFIA

### ŹRÓDŁA

Archiwum Polskiej Prowincji oo. Dominikanów, sygn. ADK XIII.21. *Acta Capitulum Generalium Ordinis Praedicatorum*, B.M. Reichert (ed.), Romae–Stuttgardiae 1898–1900 (Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica, t. I–VIII).

*Liber constitutionum ordinis fratrum Praedicatorum juxta codicem prototypum beati Humberti in archivo generali ordinis Romae asservatum*, Roma 1897–1898 (Analecta Sacri Ordinis Praedicatorum, t. III), s. 31–60, 98–122, 162–181.

### OPRACOWANIA

Dondaine A., *Rodzaje aparatu krytycznego stosowanego w edycjach łacińskich tekstów średniowiecznych*, tłum. K. Niemczycka, „Przegląd Tomistyczny” 1992, 5, s. 193–206.

Gałuszka T., „*Liber constitutionum*” dominikanów krakowskich z lat 1273–1318, „Studia Źródłoznawcze” 2012, 50, s. 1–25.

---